N. 211

211 I 12
52

Es de la Libreria de Seu de Zaragoza

Yo el Rey

Yo el Rey

E. del Conv.to de N.a S.ra de Jesus

Fidelyssimus scoti interpres et sectator.
Patr. fr. Joanis de Magistris.

Fidelysimus Scoti interpres. et Sectator
Pr. Fr. Joannis de Magistris

del Convent de S. ... de Çaragoça

Incipiũt queſtiões perutiles ſuper tota philoſophia naturali Johannis Magiſtri doctoris pariſienſis cũ explanatione text⁹ Ariſtotelis ſecundũ mentem doctoris ſubtilis Scoti.

Circa initium primi libri phiſicorum. Querit̃ primo vtrum corp⁹ ſub ratione naturalitatis ſit ſubiectũ adequatũ philoſophie naturalis. Et arguit̃ q̃ non. Primo ſic. q̃cquid ẽ ſubiectum adequatũ philoſophie naturalis eſt adequatum ſubiectum mobilitatis. ſed corp⁹ nãle nõ eſt ſubiectũ adequatũ mobilitatis ergo ⁊c. Minor pz q̃r multa ſunt mobilia que nõ ſunt corpa. vt patet primo de accidẽtib⁹ in ſacramẽto altaris que nãliter mouent̃ ſecundum ſcotũ de ſubſtantijs ſeparatis. tertio de potentijs anime que mouent̃ a ſuis obiectis. q̃rto d̃ mã q̃ eſt ſubiectum generationis et corruptionis. Scõ ſic. q̃cquid ẽ ſubiectũ adequatũ philoſophie nãlis eſt diffinitiuũ paſſionis ei⁹ adequate. ſ. motus vel mobilitatis. Sed mot⁹ diffinit̃ per ens ⁊ nõ p corp⁹ ex tertio hui⁹. Igit̃ ens eſt ſubm nãlis philoſophie ⁊ nõ corpus. Patet maior q̃r ppria paſſio diffinit̃ per ppriũ eius ſubiectũ. Tertio ſic mobilitas eſt rõ formalis ſubiecti hui⁹ ſciẽtie. g̃ nõ naturalitas. pz cõſequẽtia q̃r vni⁹ ſubi iabilis eſt vnica rõ formalis. ... q̃r oĩa in nãli philoſophia cõſiderata ſolũ ſm q̃ ſubiacent motui ⁊ quieti cõſiderãtur ex ſcõo huius.

In oppoſitũ eſt auctoritas commẽtatoris dicẽtis hanc ſcientiã eſſe de nã et p cõſequẽs ei⁹ ſubm eſſe nãle cuiuſmodi eſt corp⁹ vt poſtea videbit̃ igit̃. Ad hoc ẽ etiã Alber t⁹ Egidi⁹ ⁊ etiã doctor ſubtilis. ⁊ etiã pbat̃ rõne q̃r cũ mobilitas ſit prima ⁊ adequata paſſio ſub iphie naturalis. illud ẽ hui⁹ ſcie ſubiectũ cui primo ⁊ cõuertibiliter cõuenit eſſe mobile. hmõi eſt corp⁹ pz. Omne enim corp⁹ eſt mobile primo celi ⁊ oẽ mobile eſt corp⁹ ex ſcõo hui⁹. In queſtiõe erũt tres articuli. In primo declarabunt̃ termini q̃ſtionis. In ſcõo rñdebit̃ ad q̃ſitum. In tertio mouebunt̃ dubia. Quantum ad primum articulum.

Primo ſciendum eſt q̃ in titulo queſtiõis ſũt quinq̃ termini declarãdi. ſ. ſubiectũ. rõ formalis ſubi corp⁹ nãle vel naturalitas ⁊ philoſophia nãlis. Pro declaratiõe primi ponitur talis diſtĩctio. q̃ in qualibz ſcia eſt duplex ſubiectũ adequatũ. ſ. mãle ⁊ formale. Ad hoc q̃ aliq̃d ſit ſubm mãle alicui⁹ ſcie ſex cõditiones requirunt̃. Prima eſt q̃ ſit quiditas diffinibilis q̃r diffinitio ſubiecti eſt mediũ potiſſime demõſtrationis. Scõa eſt q̃ ſit quiditas nõ incluſa in aliq̃ priori quiditate ad illã ſciam pertinẽte. q̃r tũc illa prior q̃ditas eſſet primũ ſubm. Tertia q̃ ſit primo nota. q̃r d̃ ſubiecto opz precognoſcere q̃d eſt ex primo poſterior. Quarta q̃ illa q̃dditas cõſideret̃ in illa ſcia ſm eius ppriã rõnem ⁊ abſolutã ⁊ formalẽ. ppriã dico q̃r ſi ſub rõne alteri⁹ illud alteri eſſet ſubm. Abſolutã dico q̃r oẽ reſpectiuũ p̃ſupponit abſolutũ. ⁊ ita nõ poteſt eſſe rõ prima. formalez dico q̃r forma vel quiditas rei eſt principiũ cognoſcẽdi eã. Quita cõditio eſt q̃ virtualiter cõtineat notitiã oĩm veritatũ illi⁹ habit⁹. q̃r ſubz cõtinet ſuã diffinitionẽ q̃ eſt principiũ demõſtrãdi quãlibz paſſionẽ d̃ ſubiecto in ſcia cui⁹ eſt ſubiectũ. Sexta cõditio eſt q̃ illa quiditas ſit adequata ſcie cui⁹ eſt ſubiectũ ſic q̃ oĩa ſub ea cõtenta ptineãt ad tãlẽ ſciam per ſe ⁊ oẽ p ſe cõſideratũ in tali ſciẽtia ſit p ſe reducibile ad talez quiditatẽ vel ad tale ſubiectũ. Sz ad ſubm formale ſiue ad ſubiectũ formalẽ rões duo requirunt̃. Primo q̃ ſit cõuertibilis cũ ſubiecto mãli ⁊ q̃ nõ ſit aliq̃d ſub eo cõſtitutũ p differentiam eſſentialẽ vel accidentalẽ. Scõo q̃ ſit ... paſſionẽ demõſtrabili de ſubo materiali q̃r ſe debet habere ad ſubiectũ materiale ſicut abſtractum ad concretũ vel ſaltez ſicut aliquid ei adequatum.

Secundo ſciendũ q̃ p declaratione ſcõi termini talis diſtinctio ponit̃. ſ. q̃ ratio formalis eſt duplex. ſ. obiectiua pp̃ quã aliq̃d eſt obiectũ mãle alicui⁹ potẽtie. vt coloreitas ppter quã color eſt obiectuz viſus. Alia eſt rõ formalis ſubiectiua. ſ. ppter quã q̃dditas aliq̃ eſt p̃ſſz mãle ſubm alicui⁹ ſciẽtie. Pro tertio termino hic declarãdo ponit̃ hec diſtinctio. ſ. q̃ corp⁹ eſt duplex. ſ. naturale ⁊ mathematicũ. corp⁹ nãle eſt quedã quiditas ſubſtantialis cõpoſita ex mã ⁊ forma corporeitatis. corp⁹ mathematicũ eſt quãtitas includẽs trinã dimẽſionẽ. ſ. longũ latũ ⁊ pfundũ. Et de hoc nõ hic eſt ad ppoſitũ. ſ de primo. Pro declaratione quarti. ſ. termini d̃r q̃d naturale eſt idem vt ad ppoſitũ q̃d nãm hñs. Natura aũt ex ſcõo hui⁹ eſt principiũ mot⁹ ⁊ quietis. ſ. mã vl forma



Universidad ... Biblioteca ... Zaragoza
N° 21.079

dom⁹ requirit̄ neceſſario cognitio domificatoris. nō aūt cognitio albi. Et hec de queſtione.

Queritur tertio vtrum minus vniuerſalia ſint prius nota magis vniuerſalib⁹. Arguit̄ primo ꝙ nō. illud eſt primo notū intellectui cui⁹ ſingulare primo mouet ſenſuʒ. ſʒ ſingulare magis vniuerſalis magꝭ mouet ſenſuʒ igitur magis vle eſt prius notū ꝙ̄ min⁹ vniuerſale. 2° ſic. magis ꝯfuſa ſunt prius nō minus ꝯfuſ. ſʒ magis vniuerſalia ſunt magis ꝯfuſa ꝙ̄ min⁹ vniuerſalia. ergo ſunt prius nota ipſis. Maior eſt phi in textu. Minor ꝓbat̄ q2 ꝯmunitas eſt principiū ꝯfuſionis. 3° ſic auctoritate phi qui ꝓbat trib⁹ ſignis vniuerſale eſſe pri⁹ notū ſingulari. ⁊ ꝑ ſingulare intelligit minus vniuerſale. Et ꝯfirmat̄ auctoritate Auicēne dicentis. ꝙ ens ⁊ res prima impreſſione imprimūtur in aīa nr̄a. In oppoſitū arguit̄ auctoritate phi dicētis ꝙ magis ꝯfuſa ſunt nobis prius nota. ⁊ ꝯmentator ꝑ magis ꝯfuſa intelligit magꝭ cōpoſita. ſʒ min⁹ vniuerſalia ſunt magis ꝯpoſita quā magis vniuerſalia. ergo ſunt prius nota. In queſtione erūt tres articuli vt ſupra ⁊ quātum ad primum articulum.

Primo ſciēduʒ ꝙ ꝑ declaratione terminoꝝ queſtiōis ponende ſunt due ſuppoſitioēs ⁊ tres diſtinctioēs. Prima ſuppoſitio eſt ꝙ min⁹ vniuerſalia ſunt minus cōmunia ſiue inferiora reſpectu ſuperioꝝ ſuoꝝ. ſʒ magis vniuerſalia ſunt magꝭ cōmunia vel ſuperiora reſpectu ſuoꝝ inferioꝝ. Sc̄da ſuppoſitio eſt ꝙ omne totū eſt ꝯfuſum reſpectu ſuarum partiū. Ex iſtis aūt oritur difficultas vtrū magis vniuerſalia ſint min⁹ vniuerſalib⁹ ꝯfuſiora. Pro cui⁹ dubij ſolutione ponit̄ hec diſtinctio. ſcʒ ꝙ triplex eſt ꝯfuſuʒ. ſ. ꝯfuſione partiū ſubiectiuaꝝ vt totū vniuerſale. ⁊ ꝯfuſione partium eſſentialiuʒ ſicut totū eſſentiale vel diffinibile. vel cōfuſione partiū integraliū ſicut totū integrale. Ex quo ſequit̄ primo ꝙ totū vle eſt ſolum ꝯfuſum potētiali ꝯfuſione cū ꝯtineat partes ſuas potētialiter. Sed totū integrale eſt ꝯfuſum actuali ꝯfuſione cū ꝯtineat ſuas ptes actualiter. Sc̄do ſequit̄ ꝙ totū eſſentiale ⁊ integrale ē ſimpliciter magꝭ ꝯfuſuʒ ꝙ̄ totū vniuerſale. Ex dictis elicit̄ documentū ꝙ ꝯfuſuʒ ſimpliciter eſt totū eſſentiale quo ad intellectū. ⁊ totuʒ integrale quo ad ſenſuʒ. Totū vniuerſale eſt ꝯfuſum ſm̄ quid q2 in potētia tm̄. Prima diſtinctio talis eſt triplex eſt primo cognitū. ſ. primitate adequationis cuiuſmōi eſt illud qđ adequate ꝑdicat̄ de oī ꝑ ſe intelligibile vel eſt illō qđ eſt obiectū adequatū potētie. Aliud eſt primo notū primitate ꝑfectionis cuiuſmodi eſt ꝑfectius intelligibile inter oīa ſub obiecto intellectus ꝯtēta. 3° aliq̄d eſt primo cognitū primitate generationis cuiuſmodi eſt illud cui⁹ cognitio primo in intellectu cauſatur. ⁊ de tali primo cognito querit p̄ſens queſtio. Sc̄a diſtinctio eſt hec triplex eſt noticia. ſ. actualis qua aliq̄d actualiter cognoſcit̄. Alia eſt noticia habitualis qua aliq̄d habitualiter eſt cognoſcibile. Alia eſt cognitio v̄tualis qua aliq̄d cognoſcitur ad cognitionē alteri⁹ vt cognoſcēs hominē noticia v̄tuali cognoſcat eſſentialiter vel ꝑ ſe incluſa in eo. ſ. aīal ⁊ rōnale ⁊ riſibile. Tertia diſtinctio eſt hec. duplex eſt noticia actualis. ſ. ꝯfuſa qua res cognoſcit̄ vt ꝑ nomē diſtinct ſignificat̄. ⁊ diſtincta qua res cognoſcit̄ vt per diffinitionē. i. terminos deſignat̄. Ex iſtis aliq̄ difficultates oriūtur. Prima q̄d eſt primo notuʒ primitate adequationis. ad quaʒ r̄ndet̄ ꝙ ens. 2ª difficultas q̄d eſt primo notū primitate ꝑfectionis. ad quā r̄ndetur ꝙ de⁹ eſt primo notū primitate ꝑfectionis. 2° ſubſtātia. 3° accidens. Tertia difficultas eſt q̄d eſt primo notum via generatiois ꝯfuſe ⁊ actualiter. Ad ꝙ̄ r̄ndetur ꝙ ſingulare ſenſibile qđ primo mouet ſenſuʒ poſtea ei⁹ ſpēs ſpecialiſſima. ⁊ ſic ſemꝑ aſcendēdo vſq3 ad primū ꝑdicatum. ſ. ens. Quarta difficultas q̄d eſt primo notuʒ via generationis noticia actuali diſtincta. R̄ndetur ꝙ ens. deinde gen⁹ generaliſſimū. ⁊ ſic ſp̄ deſcendēdo vſq3 ad ſingulare ⁊ ens ꝑfect: ⁊ totuʒ cognoſcit̄ q2 ſimplr̄ ſimplex vel totaliter ſcitur vel totaliter ignorat̄. Quīta difficultas ⁊ ſexta in dubijs ſequentibus ponentur.

Secundo ſciēduʒ ꝙ in iſta parte ꝓhemiali phus dat modos cognoſcēdi principia cauſas ⁊ elemēta. ex quib⁹ ꝓcedit ſciētia nālis ⁊ intēdit duas ꝯcluſiones. Prima eſt hec oportet tradere cognitionē cauſaꝝ principioꝝ ⁊ elementoꝝ ex cognitione ꝯpoſitoꝝ ex ipſis. ꝓbat phus tali ratione. q2 neceſſe eſt ꝓcedere ex notioribus nobis ad nota ⁊ certiora nature. ſʒ cōpoſita ex principijs ⁊ cauſis ſunt nobis notiora. ⁊ cāe ⁊ principia ſunt notiora nature. ergo opʒ tradere cognitionē principioꝝ cāꝝ ⁊ elemētoꝝ ex cognitione cōpoſitoꝝ ex ipſis. maiorem



ꝓbat. innata eſt nobis via ꝓcedere ex nob notiorib⁹ in notiora ⁊ certiora nature. Ex hoc remouet dubiū ꝙ aliq̄s poſſet credere ꝙ eadeʒ eſſent nob nota ⁊ nature. phus remouet dubiuʒ ⁊ dicit ꝙ nō nob notū eſt illō qđ ſimplr̄ eſt notū. i. nature. minorē ſue rōnis ꝓbat hic. ſunt enim pri⁹ nob nota ⁊ manifeſta ꝯfuſa magꝭ. Poſteri⁹ aūt ex his ſunt cauſe ⁊ principia elemēta diuidētib⁹ hec. i. illis q̄ diuidūt ꝯpoſita in elīa. 2ª ꝯcluſio habita cognitio de caꝝ ⁊ principiorū opʒ ꝓcedere ex magis vniuerſalib⁹. ſ. cauſis ad ſingularia ⁊ ad cās min⁹ vles. ꝓbat eā philoſoph⁹ trib⁹ ſignis. 1° totū ſenſibile eſt notius ſm̄ ſenſuʒ ſuis ptib⁹. ergo ſignū eſt ꝙ vle eſt noti⁹ ſm̄ intellectū quā ſingulare. tenet ꝯña q2 vle eſt quodā totū. multa aūt ꝯprehēdit vt partes. 2° eſt diffinitū eſt noti⁹ ptib⁹ diffinitiōbus. ergo ſignū eſt ꝙ vle eſt noti⁹ ſingulari. añs ꝓbat ꝙ nomē diffinitū ſignificat quodā totū ꝯfuſuʒ vt circul⁹. ſʒ diffinitio ei⁹ diuidit in ſingula principia diffinitēda. 3° ſignū ꝙ pueri primo appellāt oēs viros pr̄es ⁊ omēs feminas mr̄es. poſtea determināt vnūq̄dq3. ergo ſignū eſt ꝙ vle eſt noti⁹ ſingulari. ⁊ ꝑ ſingulare ſm̄ cōmentatorē phus nō intelligit indiuiduū ſʒ intelligit minus vniuerſale vel ſpeciem ſpecialiſſimam vel aliquid ſibi ſimile.

Tertio ſciēduʒ ꝙ circa hunc textuʒ incidūt tres difficultates. Prima eſt qualr̄ eſt ſaluabile ꝙ principia ſint notiora principaliter cū principiata ſint ꝑfectiorꝭ entitatis ⁊ perfectiorꝭ intelligibilitatis. Pro ſolutiōe hui⁹ ponit̄ talis diſtinctiō. aliq̄d pōt eſſe pri⁹ notuʒ nā quadruplr̄. Primo ꝙ pōt intelligi alio non intellecto. ⁊ ſic magis vlia ſunt notiora nature. Aliomō illud eſt pri⁹ notū nā qđ primo ⁊ principali⁹ intendit̄ a nā. ⁊ ſic ſpēs ſpecialiſſima eſt primo nota nature. cū nā intēdat ꝯſeruare eſſe ſpecificū. 3° aliq̄d eſt pri⁹ notū nā qđ eſt prioris ⁊ ꝑfectioris nature ⁊ entitatis. ⁊ ſic cōpoſita ſunt notiora nature ſuis ptib⁹. Quarto illud eſt pri⁹ notū nā qđ eſt primū in operatione nature. ſiue illud a q̄ nā incipit operari. ⁊ ſic principia ſunt notiora nature principaliter. q2 nā incipit operari a principijs. 2ª difficultas qualiter ſunt ſimul ſaluabiles due ꝯcluſiones tex⁹ cū prima dicat ꝯfuſa ⁊ cōpoſita ſiue min⁹ vlia eſſe notiora principijs ⁊ elemētis. ⁊ 2ª dicat magis vlia eſſe notiora min⁹ vniuerſalib⁹. Pro ſolutione hui⁹ difficultatis ponit̄ talis diſtinctio cōmentatorꝭ. 8° phiſicoꝝ q̄ eſt hec. In ſcīa nāli eſt duplex ꝓceſſus. Prim⁹ eſt ab effectu ad cām. 2ª eſt a cauſa ad effectū. et q̄ habetur tot⁹ ꝓceſſus phic nālis q2 phs nālis ex cognitione cōpoſitoꝝ ꝓcedit ad cognitionē principioꝝ illoꝝ cōpoſitoꝝ. 2° ex principijs cauſis ⁊ elementꝭ vniuerſalib⁹ ſiue corporū in vli ꝓcedit ad cās minus vles. ſ. ad cās particulariuʒ corpoꝝ nāliuʒ vt a cauſis corporꝭ celeſtꝭ ad cauſas corpis mixti ⁊ ſic de alijs. Ex his patet qđ nō eſt repugnātia in cōcluſionib⁹ cū prima dicat cōpoſita eſſe notiora magis vniuerſalibus ⁊ 2ª dicat cauſas vles. i. corporis nālis in vniuerſali eſſe notiores cauſes corpoꝝ ſingulariuʒ q2 ſm̄ ꝯmentatorē ꝑ cās vniuerſaliū intelligit cauſas nāles vles. ⁊ ꝑ ſingularia intelligit cauſas minus vles. 3ª difficultas vtruʒ eadem ſint nobis nota et nature. Ad quā r̄ndetur ꝙ in methaphiſicas eadē ſunt nobis nota ⁊ nature ſʒ nō in nālibus. Quantū ad ſc̄dm ponitur

Concluſio minus vniuerſalia ſunt pri⁹ ⁊ magis nota via generatiōis ⁊ cōfuſe magꝭ vniuerſalib⁹. ⁊ hoc ſuppoſitis tribus ꝯditionib⁹. Prima eſt ꝙ min⁹ vlia ſunt ſimpliciter magis ꝯfuſa quā magis vlia ſicut declaratuʒ eſt in primo notabili. 2ª ꝙ ſingulare mouens ſenſuʒ ad cognitionē iſtoꝝ vniuerſaliū ſit in diſtantia ⁊ debita ꝓportione ⁊ diſtātia ſic ꝙ ſenſus ſtatim poſſit iudicare ipm̄ eſſe alicui⁹ diſtincte ſpeciei ſpecialiſſime. 3° ꝙ hec intelligit̄ de cognitione actuali ⁊ nō habituali. ꝓbat̄ ſic q2 cauſa nālis nō impedita obiecto debite approximato cauſat effectū nobiliorē quē poteſt cauſare. ſʒ intellect⁹ eſt cauſa nālis nō impedita ⁊ obiecto ſufficiēter approximata. ergo cauſat effectū nobiliorē quē pōt cauſare. ſʒ effectus nobilior. ⁊ ꝑfectior quē poſſit cauſare intellect⁹ eſt ꝯcept⁹ ſingularis vel alicui⁹ min⁹ vniuerſalis. ergo intellect⁹ primo intelligit ſingularia ⁊ minus vlia ꝙ̄ magis vlia. ⁊ hec de ſecūdo articulo. Quantum ad tertiuʒ.

Primo dubitatur vtrum magis vlia ſint prius nota min⁹ vniuerſalib⁹ noticia habituali. Ad ſoluendū hoc dubiū eſt ſupponendū ꝙ noticia habitualis eſt noticia remanens in intellectu poſt noticiā actualē ipſius intelligibilis. Ex hoc r̄ndetur ad dubium ꝙ noticia habitualis ⁊ ꝯfuſa magis vniuerſaliū eſt prior ꝙ̄ noticia habitualis ⁊ cōfuſa minus vniuerſaliū. ⁊ noticia actualis ⁊ di-

ſtincta minꝰ vniuerſaliū eſt prior ꝙ̄ noticia ha
bitualis ⁊ diſtincta magis vniuerſaliū. p3 q2 in
noticia hituali ē ꝯuerſus ordo ad ordinē noti
cie actualis. ⁊ ſcdo primo ꝯfuſe cognita noticia
actuali ſūt vltimo ꝯfuſe cognita cognitiōe ha
bituali.

Secundo dubitatur. vtrum or
do diſtincte ꝯcipiēdi ſit prior ordine ꝯfuſe ꝯcī
piēdi. Pro ſolutiōe huiꝰ dubij eſt ſuppone
dū ꝙ ordo ꝯfuſe ꝯcipiēdi eſt illeꝫ q̄ ſit ꝓceſſus
a primo ꝯfuſe cognito ad vltima ꝯfuſe cogni
ta. ſicut eſt ordo quo ꝓcedimꝰ a cognitiōe mi
nus vniuerſaliū ad cognitionē magis vniuerſa
liū. ſ ordo diſtincte ꝯcipiēdi eſt quo ꝓcedimꝰ
a primis diſtincte cognitiſ ad vltima diſtincte
cognita. Ex hoc r̄ndeť ad dubiū ꝙ ꝯparando
vnū totalē ordinē ad aliū totꝰ ordo ꝯfuſe ꝯcī
piēdi ꝓcedit toti ordinē diſtincte cognoſcēdi
ita ꝙ intellectꝰ nr̄ prima intellectiōe ꝙ h3 intel
ligit ſingulare ꝯfuſe ⁊ poſtea ſpēm ſpāliſſimam
illiꝰ ſingulariſ. ⁊ ſic ſp aſcendēdo vſqꝫ ad ſupre
mū ꝑdicatū excluſiue. q2 ſupmū ꝑdicatum. ſ. ꝯ
ens nō pōt intelligi ꝯfuſe. p3 q2 nullꝰ ꝯceptus
ſimplr̄ ſimplex pōt intelligi ꝯfuſe. ſ ꝯceptꝰ pri
mi ꝑdicati eſt ſimplr̄ ſimplex cū nō ſit reſolubi
lis in alios ꝯceptꝰ ſuperiores. ḡ nō pōt intelli
gi ꝯfuſe. maior p3 ꝑ vnā regulā euidentē que ē
hec. Omē ſimplr̄ ſimplex aut totaliter ſcit. ⁊ ſic
diſtincte cognoſcit. aut totaliter ignorat cū nō
habeat aliq̄d ſcdm ꝙ poſſit ſciri. ⁊ aliq̄d ſcdm ꝙ
poſſit ignorari. q2 tūc nō eſſet ſimplr̄ ſimplex.

Tertio dubitať qualiter eſt ſal
uabile ꝙ diffinitū ſit notiꝰ ptibꝰ diffinientibus
Pro ſolutiōe huiꝰ dubij eſt ſupponendū ꝙ
diffinitū eſt ſimplr̄ ꝯfuſuꝫ reſpectu ſuarū ptium
diffinientiū. Ex hoc ſequiť ꝙ diffinitū eſt primo
notū cognitione ꝯfuſa. Et ſi dicať ꝙ ptes diffi
nientes ſunt magis vl̄es ꝙ̄ diffinitū. ſ magis
vl̄ia ſunt magis ꝯfuſa. Ad hoc pōt primo di
ci ꝙ magis vl̄ia ſunt magis ꝯfuſa ſm q̄d. ſ. ꝯfu
ſione ptiū potēcialiū ſiue ſubiectiuaꝝ. ſ diffini
tuꝫ eſt magis ſimplr̄ magis ꝯfuſuꝫ ptibꝰ diffini
entibꝰ cū ſit ꝯfuſuꝫ ꝯfuſione ptiū actualium.
Uel ēt pōt dici ꝙ magis vl̄e poteſt compari
ad minꝰ vl̄e dupliciter. vnomō ꝓ quāto conti
net minꝰ vl̄e ꝑ modū ptis ſubiectiue. ⁊ ſic ma
gis vl̄e eſt magis ꝯfuſuꝫ ⁊ priꝰ notuꝫ noticia
ꝯfuſa. Aliomō poteſt compari ad minus vl̄e
ſm ꝙ eſt pars eſſentialis minꝰ vl̄is. ⁊ ſic minꝰ
vl̄e eſt magis ꝯfuſuꝫ ⁊ priꝰ notū noticia confu
ſa ꝙ̄ ſit magis vl̄e. Et hec de tertio articulo.

Ad rationes. ad primaꝫ dicitur
ꝯcedendo maiorē ⁊ diſtinguēdo minorem. q2
ſingulare magis vniuerſalis mouere ſenſuꝫ pōt
intelligi dupliciter. vnomō ꝙ ſingulare eſt in
debita ꝓportione ⁊ diſtātia. ⁊ ſic negať. Alio
modo ꝙ eſſet in maxima diſtātia ⁊ nō in debi
ta ꝓportione. ⁊ ſic ꝯcediť. Ad ſcdam dr̄ ꝙ
magis vl̄ia ſunt magis ꝯfuſa ſm q̄d quā mi
nus vl̄ia. q2 ſolum ſunt ꝯfuſa ꝯfuſione potē
tiali ſiue ꝯfuſione partiū potencialiū. ſ minus
vl̄ia ſunt magis ꝯfuſa ſimpliciter. q2 ſunt con
fuſa ꝯfuſione actuali ſiue partiū actualium.
Ad tertiā dicitur ꝙ Ariſtoteles nō ꝯparat ma
gis vl̄ia ad minus vl̄ia. ſ comparat cauſas na
turalis in vniuerſali ad cauſas particularium
corpoꝝ naturaliū. vt viſuꝫ eſt in tertio notabili.
Et ad ꝯfirmationē dicitur ꝙ ens ⁊ res prima
impreſſione imprimūtur in aīa vez eſt in ordi
ne [illegible] ꝯcipiendi. ſ nō in ordine ꝯfuſe ꝯ
cipiendi cū nō poſſint cognoſci ꝯfuſe vt dictū
eſt in ſecundo dubio. Et hec de queſtione.

Ueritur quarto ꝯſequen
ter. vtrum philoſophus naturalis
habeat diſputare ꝯtra parmenidē
⁊ meliſſum negantes principia phi
loſophie naturalis. Et arguitur primo con
tra preſuppoſitū. q2 parmenides ⁊ meliſſus di
cebant eſſe tantū vnuꝫ ens ⁊ illud eſſe principi
um philoſophie naturalis. ergo nō negabant
principia philoſophie naturalis. Scdo ar
guitur philoſophus quarto methaphiſice diſ
putare contra negantes ſua principia. ergo et
philoſophus naturalis habet diſputare ꝯtra
negantes ſua principia. patet ꝯſequentia. quia
ſicut ſe habēt principia methaphiſice in metha
phiſica ita ſe habent principia phiſice in phiſica

Tertio arguitur ſic philoſophus in ſequen
ti capitulo diſputat contra parmenidē ⁊ me
liſſuꝫ qui negauerunt principia philoſophie na
turalis. ergo ⁊c̄. In oppoſitum arguiť auc
toritate philoſophi. in iſta queſtione erunt tres
articuli vt prius. Quantum ad primuꝫ.

Primo ſciēduꝫ eſt ꝙ ꝓ declara
tione terminoꝝ ponūtur alique diſtinctiones.
⁊ alique ſuppoſitiones. Prima ſuppoſitio.
omis ꝓpoſitio ꝯſiderata in aliq̄ ſcīa aut ē prin
cipiū illius ſcientie aut deducibilis ex illis prin
cipijs illiꝰ ſcie. Ex hoc poniť talis diſtinctio in
ſcīa nāli ꝯtingit errare dupliciter. primo negan
do principia phie nālis. 2° negādo ꝯcluſiōes
deducibiles ex principijs. Pro ſcdo poniť
talis documentū ſi q̄s negauerit ꝯcluſiones de
ducibiles ex principijs tūc accipiēda ſunt alia
principia. ſ ſi q̄s negauerit principia tunc talia
poſſunt ꝓbari tripliciter. 1° a poſteriori ⁊ ꝑ eſ
fectꝰ. 2° ꝑ principia alicuiꝰ ſcie cōmunis vt ꝑ
principia methaphiſicalia vel logicalia. 3° ꝑ pri
cipia ſcie ſubalternātis. ⁊ hoc ſi talis ſciētia ſub
alterneť alicui alteri ſcientie.

Secundo ſciēduꝫ ꝙ iſta ps exe
cutiua in q̄ Ariſtoteles intēdit determinare de
corpore nāli diuidiť in ſex ptes principales. In
prima intēdit determiare de principijs corpo
ris nālis in vniuerſali ⁊ de eius paſſionibꝰ vni
uerſalibꝰ. ⁊ diuidiť in octo libros. In primo
determiat de principijs corporis nālis. ⁊ diuidiť
in tres tractatꝰ. In primo recitātur ⁊ reꝓbātur
opiniones antiquoꝝ de principijs reꝝ nālium
⁊ diuidiť in tria capitula. In primo recitat opi
niones nō nāliter loquētiū ⁊ eas reꝓbat. ⁊ di
uidiť in tres ptes. In prima recitat opiniones
antiquoꝝ. ⁊ intēdit duas ꝯcluſiones. Prima
eſt hec. neceſſe eſt vnū eſſe principiū reꝝ nālium
aut plura. ⁊ ſi tantū vnū principiū vel illud eſt
imobile ſic dicit parmenides vel mobile ſic di
cūt phi. i. nāliter loquētes. quidā. n. dicūt aerē
eſſe. aliq̄ aquā. alij vo ignē ſi plura ſint princi
pia aut ſunt finita aut infinita. ſi ſint finita ⁊ ſit
plura vno. aut ſunt duo aut tria aut quatuor
aut ſm aliquē aliū modū. ſi ſint īfinita aut ſūt
eadem genere aut ſpē aut figura diūa. aut ſunt
ꝯtria genere. Scda ꝯcluſio antiq̄ ſimiles q̄
ſtiones faciebāt de ente ſic de principijs. quere
bāt enīꝫ vtꝝ ſit tantū vnū ens aut plura. ſi plu
ra aut finita aut infinita. credebāt enīꝫ ꝙ ens ⁊
principia eſſent ꝯuertibilia. In ſcda pte prin
cipali intēdit tres ꝯcluſiones. Prima eſt phus
nālis nō h3 diſputare ꝯ parmenidē ⁊ meliſſuꝫ
ꝓbat phus duabꝰ rōnibꝰ. Prima eſt ꝙ i nul
la ſcīa eſt diſputandū ꝯ negātes ſua principia.
ſ parmenides ⁊ meliſſus negāt principia phie
nālis. ḡ in phia nāli non eſt diſputandū ꝯ par
menidē ⁊ meliſſuꝫ. maiorē ꝓbat exēplo vt in
geometria nō eſt diſputandū ꝯ negantē prin
cipia geometrie. minorē ꝓbat ſic q2 parmeni
des ⁊ meliſſus dicūt tantū vnū eſſe principiū
ergo negāt principia eſſe. tenet ꝯña q2 principiuꝫ
ſemp eſt cuiuſdā vel quorūdā principiū. Scda
[illegible] rō. phus nālis nō h3 diſputare ꝯ quālibet
poſitionē. ḡ nec ꝯ parmenidē ⁊ meliſſuꝫ dicē
tes tantū vnū eē ens. antecedēs ꝓbat. q2 phi
loſophꝰ nālis nō habꝫ diſputare ꝯ poſitiones
heracliti dicētis oīa eē mobilia. Scda ꝯ
cluſio phus nālis nō h3 ſoluere rationē magis
oſtenſiuas. ſ rōnes parmenidis ⁊ meliſſi ſunt litigio
ſe. minorē ꝓbat q2 vtriuſqꝫ rōnes litigiū hñt ⁊
maxime ꝯtencioſa eſt rō meliſſi nullā habens
deceptionē. i. nullā hñs dubitationē. q2 ꝯceſſo ex
vno incōueniente. vno. n. incōueniēti dato, mlta
ꝯtingūt. Scda rō. phus nālis nō debꝫ ſolue
re rōnes negātiū ſua principia. ḡ nō debꝫ ſol
uere rōnes parmenidis ⁊ meliſſi. antecedens
p3 ꝑ ſimile q2 geometer nō h3 diſputare ꝯ illuꝫ
qui ꝓbat tetragoniſmū ꝑ deciſiones. ſ ꝯ anti
fonte qui negat principia geometrie. primaꝫ
ꝯſequentiā ꝓbat q2 phus ſuppoīt oīa. aut q̄
dam moueri. ⁊ hoc negabāt parmenides ⁊ mel
liſſus. Tertia ꝯcluſio. vtile eſt diſputare ꝯ
parmenidē ⁊ meliſſuꝫ. ꝓbat q2 tales loquunť
de nālibus ꝯmittēdo defectꝰ nō nālis. ideo eſt
vtile ꝑ principia philoſophie prime. ſ. methaphiſice
phiſicē contra ipos diſputare

Tertio ſciēduꝫ ꝙ circa hunc tex
tuꝫ occurrūt tres difficultates. Prima vtrū ens
⁊ principiū ꝯuertanť. Ad q̄d dicitur ꝙ ſic. q2
nō eſt aliq̄d ens q̄n poſſit eē principiū alicuiꝰ
oīa enīꝫ entia pnt mouere intellectum nrm ad
cognitionē ſui. ideo pnt eē principiū ꝓductiuū
alicuiꝰ actꝰ intellectꝰ. Scda vtrū phus nā
les habeāt ſupponere motū eē. Pro cuiꝰ ſo
lutione ponunť aliq̄ ſuppōes. Prima q̄libet
corpꝰ nāle h3 in ſe principia motꝰ. 2ª motꝰ
poteſt demōſtrari poſſe in eē cuilibꝫ corpi nā
li ꝑ ſua principia. 3ª motū eē notū ꝑ experiē
tiaꝫ. Ex iſto ſequiť. Primo ꝙ ſuppoſita inherē
tia alicuiꝰ ꝑdicati ad aliq̄d ſubm nō eſt incon
ueniens q̄rere cām tal. inherētie. 2° ſequiť ꝙ licꝫ
ponēs motū eē tanq̄ notū ꝑ experientiā nō ſit
tn̄ incōueniēs q̄rere principia motus ⁊ ꝑ talia
principia demōſtrare motū eē. vel ꝙ dicitur ꝙ
motū eē in actuali exīa eſt notū ꝑ experientiā
ſ motū eē cū aptitudinali exīa eſt dēmō
ſtrabile ꝑ principia motꝰ. 3ª difficultas vtrū
ſit ſaluabile oīa entia nālia moueri. Ad ſo
luendū hāc difficultatē ponunť aliq̄ ſuppoſitio
nes. Prima ꝙ ꝯmentator dicit phm poſuiſſe
omia aut quedā moueri ꝓpter tria. Primo q2

formę nāles nō videtur poſſe moueri. 2° qꝛ p̄ tes terre que ſunt ꝓpe centrū nō vident̄ poſſe moueri. 3° qꝛ tota terra non videt̄ ſimul poſſe moueri. ideo pħus dic q̄dā. 2ª ſuppoſitio iſta ſunt ſic ſe hūt ꝑ ordinē nā. ens nāle. ⁊ ens ſm̄ nām ita ꝙ omne principiū corpori nālis vocat̄ nā vt mā ⁊ forma. Cōpoſitū vero ex mā ⁊ forma ſicut hō vocatur ens nāle. ⁊ ois paſſio enti nālis vocatur ens ſm̄ nām. Ex hoc dr̄ primo ꝙ omne ens nāle eſt nāliter mobile. qꝛ quodlibet tale in ſe habet principiū ſui mot⁹. Ex hoc ſequit̄ ꝙ tota terra ſimul eſt nāliter mobilis. qꝛ ipſa terra eſt corpus nāle. 2° dr̄ ꝙ nō eſt incōueniēs totam terrā eē mobilē nāliter. ⁊ tñ impoſſibile eſt eā nāliter moueri ꝓpter deordinatiōnē in toto vniuerſo. vel pōt dici ꝙ licꝫ tota terra nō poſſit moueri motu locali. pōt tñ tota moueri motu alteratiōis. Quantū ad ſecundum articulum ponitur.

**Concluſio reſponſalis.** philoſophꝰ nālis nō hꝫ diſputare ꝯ̄ parmenidē ⁊ melliſſum negātes principia ſua. hec concluſio ſatis [illegible] in textu. Quantum ad tertiū.

**Primo dubitatur** vtrū ſit ſal nabile vnū tantū e[illegible] ex illo aliq̄d fieri de nouo. Ad iſtud dubiū videt̄ ꝙ nō. p̄ bat̄ ſic. q[illegible] illud q̄d fieret de nouo [illegible] principio. [illegible] illud includerꝫ aliq̄d vltra princi piū vel m[illegible] ꝫ nō eſt factū de nouo ex illo principi[illegible] ſi includat aliq̄d vltra tūc illō cēt principiū eꝰ. ⁊ ſic nō eēt tantū vnū [illegible] Ex hoc ſequit̄ primo falſitas opini[illegible] ponentiū vnū tantū eē principiū. [illegible] illo dicebāt omia entia nālia fieri. 2° ſequit̄ falſitas opinionū quorūdā dicentiū ꝙ in rebꝰ artificialibꝰ nō eſt niſi principiū mãle qꝛ dīt formas artificialiū nō realiter diſtingui a materijs [illegible] ⁊ ſic nullū artificiale fieret de nouo. quod eſt inconueniens ⁊ cetera.

**Secundo dubitatur** vtrū ſit p̄ bonas ꝯ̄ñas ꝯ̄ducibile ꝙ parmenides ⁊ melliſſus negauerunt principia rerū nālium. Pro ſolutione ponit̄ vna ſuppoſitio ⁊ vna diſtinctio. Suppoſitio. parmenidis ⁊ melliſſi opinio ſtat in duobꝰ dictis. primū tantū eſt vnū ens ſiue vnū principiū. 2ᵐ illud principiū eſt infinitum ⁊ immobile. Diſtinctio eſt hec. Duplicia ſunt principia in pħia nāli. quedā ſunt principia eſſendi ⁊ cognoſcendi ſic ſunt q̈ttuor cauſe. alia ſunt [illegible] cognoſcēdi tantū ſicut mota eē ex plura entia eē. Ex his r̄ndetur ad dubiū ꝙ ſic p̄ꝫ dupliciter. Primo ſic ſi ſm̄ eos tātū eſt vnū ens vltra illō nullū eſt principiū. ergo nullū eſt principiū pħie nālis. Prima ꝯ̄ña tenꝫ ex oppoſito ꝯ̄ñtis. ſ. aliq̄d principiū eſt ſequit̄ oppoſitū añtis. ſ. nō tantū vnū ens eſt. p̄ꝫ qꝛ ſi principiū eſt principiatū eſt ⁊ ſi principiū ⁊ principiatū ſunt tunc plura entia ſunt. ⁊ p̄ ꝯ̄ñs nō tantū vnū eſt ens. 2° ſic tantū vnū eſt ens ⁊ illud eſt immobile. ergo nullū ens eſt mobile. ⁊ p̄ ꝯ̄ñs motus non eſt ⁊ ſic parmenides ⁊ melliſſus negāt motū eē ⁊ per ꝯ̄ñs principia pħilosophie nālis ⁊c̄.

**Tertio dubitatur** vtrū ſignū excluſiuū additū principio excludat principiatum. Pro ſolutione ponūtur alique diſtinctiones ⁊ aliq̄ regule. Prima diſtinctio principiū ⁊ principiatū pñt capi dupl'r. vnomō ſcđe intētionaliter ⁊ p̄ ſignificato ⁊ ſic ſunt relatiua. Aliomō prime intētionaliter ⁊ p̄ denoīato. et ſic nō ſunt relatiua. 2ª diſtinctio duplicia ſunt principia. q̄dā ſunt methaphiſicalia q̄ p̄dicant̄ de principiatiſ vt genꝰ ⁊ dīa ſunt principia ſpēi ⁊ p̄dicātur de ea. Alia ſunt q̄ negantur de principiatiſ ſicut mā ⁊ forma negant̄ de ꝯpoſito. 3ª diſtinctio duplicia ſunt relatiua quedā ſunt equiparantie vt ſimile. alia ſunt diſquiparantie vt principiū. Prima regula ſignū excluſiuū additū alicui ſubō reſpectu alicuiꝰ p̄dicati excludit illud predicatū ab omni illo a quo negatur ſubiectū. Scđa regula q̄ñcunq; aliq̄d p̄dicatum ſic ꝯ̄uenit alicui quod nō poteſt alicui ꝯ̄uenire a quo principium negatur. tunc ſi illi addatur ſignū excluſiuum tūc propoſitio erit impoſſibilis ⁊ includens duo ꝯ̄tradictoria. Ex iſtis videtur ꝙ dictio excluſiua addita vni relatiuorū diſquiparantie excludit aliud qꝛ vnum negatur de alio. Scđo ſequit̄ ꝙ quelibet talis ꝓpoſitio de ſcđo adiacente includit duo ꝯ̄tradictoria vt iſta tātum principium eſt includit iſtas duas principiū eſt ⁊ principium nō eſt: quia bene ſequitur tantum principium eſt. ergo principium eſt. etiam bene ſequitur tantum principium eſt. ergo nullum principiatum eſt. ⁊ per conſequens nullum principium eſt. Ex his dicuntur tria ad dubium. Primo ꝙ dictio excluſiua addita principio ſcđe intentionaliter capto excludit principiatum ſcđe intentionaliter captum. ſcđo ꝙ dictio excluſiua addita principio prime intentionaliter capto non excludit principiatum. de quo tale principium predicatur. Tertio ꝙ dictio excluſiua



addita principio excludit omne principatū. de quo ipſum principium negatur.

**Ad rationes.** ad primā dicit̄ negando ꝯ̄ñiam. ⁊ rō eſt qꝛ ad hoc ꝙ eſt tm̄ vnū ens ſequit̄ nullū principiū eē vt ſuperiꝰ ꝓbatū eſt. ⁊ parmenides ⁊ melliſſus dicētes tantū vnū ens eē ex ꝯ̄ſequēti negāt principium eſſe. ⁊ ſic negāt pħie nālis principiū eē. Ad ſcđam dr̄ negādo ꝯ̄ñaꝫ ⁊ ad ꝓbationē dr̄ ꝙ eſt in aliquo ſile. ſ. in hoc ꝙ methaꝰ. nō pōt demōſtratiue oñdere ſua principia. ſicut nec phiſicꝰ. ſꝫ in hoc eſt diſſile. qꝛ ſi diſputās ꝯ̄cedat aliq̄d illud cadit ſub principijs methaphiſice ⁊ nō phiſice. ideo methaphiſicꝰ pōt diſputare ꝯ̄ negātes ſua principia ſꝫ nō phiſicꝰ. Ad tertiā dr̄ diſtinguēdo añs qꝛ pħus nālis poteſt diſputare ꝯ̄ negātes principia ſua dupl'r. Vnomō ꝑ principia methaphiſice alia q̄ ſunt ens ⁊ vnū. ⁊ ſic ꝯ̄cedit̄ añs. Aliomō principia phiſicalia. ⁊ ſic negatur añs.

**Queritur quinto** vtrū totū dicat vnā entitatē realem realiter diſtinctā ab oībus ptibꝰ ſuis ſimul ſumptis. Arguit̄ ꝙ nō. quecūq; realiter diſtinguūtur illa pñt ſeparari ⁊ ſeparatim exiſtere. ſꝫ totū ⁊ ptes ſimul ſumpte nō pñt ſeparari nec ſeparatim exiſtere. ergo totū ⁊ ſue ptes ſimul ſumpte nō realiter diſtinguūtur. Minor p̄ꝫ qꝛ ſi ſepararētur totū eēt ſine ptibus. et ꝯ̄firmat̄ auctoritate cōmentatoris dicēns ꝙ totū eſt aliud a qualibet pte nō tñ ab oībus ſimul ſumptis. Secūdo ſic ſi totū diceret entitatē diſtinctā a ſuis ptibus ſequeret̄ ꝙ diffinitio nō explicaret totā eſſentiā diffiniti. ꝯ̄ñs eſt magnū incōueniēs. ergo ⁊ antecedēs. ꝯ̄ña p̄ꝫ qꝛ in cōpoſito eēnt tres entitates. ſ. entitas materie. entitas forme ⁊ entitas compoſiti. ſꝫ diffinitio nō explicat niſi māᵐ ⁊ formā ergo nō explicat totā entitatē cōpoſiti. Tertio ſic ſequeret̄ ꝙ numerꝰ ternarius eēt numerꝰ quaternariꝰ ꝯ̄ſequēs eſt falſuꝫ. ergo ⁊ añs ꝓbatur ꝯ̄ña. qꝛ in numero ternario ſunt tres entitates. ⁊ p̄ter eas eſt entitas totiꝰ numeri que eſt quarta vnitas ergo facit numerū. In oppoſitū arguit̄ auctoritate pħi. In q̄ſtione erūt tres articuli. Quantum ad primum.

**Primo ſciēduꝫ eſt ꝙ** p̄ declaratiōe terminorū queſtiōis ponūtur alique diſtinctiones. Prima totū capit̄ dupliciter. vnomō ſincathegorematice ⁊ tūc eſt ſignū diſtributiuū partiū integraliū. ⁊ tantū valet ſicut quelibet pars integralis. ⁊ ſic nō capit̄ hic. Aliomodo capit̄ totū cathegorematice ⁊ tūc valet ſicut ens dñs ptes. ⁊ ſic capit̄ hic. Scđa diſtinctio quadruplex eſt totū. ſ. totū vle. totū poteſtatiuū. totū integrale. ⁊ totū eſſentiale. d̄ toto vniuerſali dr̄ ꝙ ſꝫ dicit quidditatem ex nā rei diſtinctā a ſuis ptibus. de toto ptātiuo dr̄ ꝙ dicit vnā entitatē diſtinctā ex nā rei ⁊ formaliter a ſuis ptibus. de toto integrali dr̄ ꝙ nō dicit entitatem realiter diſtinctā ab oībus ſuis ptibus ſimul ſumptis de toto eſſentiali eſt p̄ſens queſtio vt homo cōponit̄ ex anima ⁊ corpe tanq̄ ex ptibus eſſentialibꝰ. Tertia diſtinctio duplex eſt cōpoſituꝫ. ſ. cōpoſitū ꝑ ſe. ⁊ eſt qñ ptes cōponentes ſunt eiuſdē generis. Aliud eſt ꝑ accidēs. ⁊ eſt qñ ptes cōponētes ſunt diuerſorū p̄dicamētorū. de toto ꝑ accñs dr̄ ꝙ dicit tertiā entitatē ex natura rei diſtinctā ab oībus ſuis ptibus ſimul ſumptis ⁊ ſibi inuicē vnitis ſicut qñ ptes de albat̄ terminꝰ formalis de albatione nō eſt albedo neq; ptes nec vnio albedinis ad pietē ſꝫ ex vnione albedinis ad parietem reſultat vna tertia entitas q̄ vocat̄ eē albū. ⁊ eſt effectꝰ formalis albedinis ⁊ mãlis ſubi. ſꝫ de cōpoſito ꝑ ſe eſt p̄ſens q̄ſtio. Quarta diſtinctio duplex eſt ꝯpoſitū ꝑ ſe. quoddā eſt cōpoſitum ꝯpoſitiōe methaphiſica q̄ eſt ꝯpoſitio q̄ditatis ex q̄dditate. ſicut q̄ditas hoīs cōponit̄ cōpoſitione methaphiſica ex q̄ditate aīalis ⁊ rōnalis. et de tali dr̄ ꝙ dicit vnā q̄dditatē ex natura rei diſtinctā a q̄ditatibus ipm̄ ꝯponētibus ſimul ſumptis. Aliud eſt cōpoſitū cōpoſitione phiſica q̄ eſt ex mā ⁊ forma vt homo ꝯponit̄ ex anima ⁊ corpore. de iſto eſt p̄ſens queſtio ⁊ ꝑ partes ſimul ſumptas intelligit̄ materia ⁊ forma ſibi inuicem vnite ⁊ copulatim ſumpte.

**Secundo ſciēduꝫ ꝙ in iſta par**te principali pħus incipit diſputare ꝯ̄tra parmenidem ⁊ melliſſuꝫ. ⁊ diuidit̄ in tres partes. In prima intendit talē ꝯ̄cluſioneꝫ. Nō tantū ē vnū ens. ꝓbat philoſophus duabꝰ rationibꝰ. Pro prima rōe ponit talē ſuppoſitionē ꝯ̄ parmenideꝫ ⁊ melliſſuꝫ eſt ꝙ ens dr̄ multipliciter id eſt de multis. ſ. de ſubſtātia q̄ntitate ⁊ q̄litate. Ex hoc querit talē queſtionē illis q̄ dicunt oīa eē vnū ens vtrū oīa dicāt eē ſubſtātiā aut q̄ntitatem aut qualitatē. ſi ſubſtantiā vtrū ſubſtātiaꝫ vnā vt vnū hoiem aut vnū equū aut vnā animā. ſi qualitatē vtrūꝫ qualitatem vnam. vt hoc albū hoc calidū aut aliq̄d aliud huiuſmodi. videt̄ enim q̄libet iſtorū eē impoſſibile.

Ex hoc format talē rōnē ſumptā ex pte entiū ſi tāē ēēt vnū ens. vel illō eēt ſubſtantia tantū vel quale aut q̄tum. vel eēt ſubſtantia cū qualitate aut quātitate q̄libet iſtorū ē impoſſibile ḡ ⁊ aña. Impoſſibilitas tercij pꝫ qꝛ ſi illō enſ eēt ſubſtantia cū quātitate aut qualitate ſiue illa ſint diuiſa ſiue vnitā ſemꝑ tamē multa ſunt.

Impoſſibilitas ſcd̄i pꝫ qꝛ ſi illud ens eēt q̄tum aut quale tm̄ ſequeret ꝙ accidēs eēt ēēs ꝑ ſe ſubſiſtēs. ꝯñs eſt falſū qꝛ nullū aliud a ſubſtātia ē ſeparabile cetra ſubſtātiā. oīa .n. ē ſubiecto dn̄r ſubſiſtētia. Impoſſibilitas primi pꝫ qꝛ ſi illō ens ſit ſolū ſubſtātia tūc nō erit infinitū. ꝯſequēs ē ꝯ meliſſuꝫ dicentē illud eē infinitū. pꝫ tn̄ ꝯſequētia qꝛ ſi illud ens eēt infinitū eēt q̄tū. infinitū .n. i q̄titate eſt. Nō aūt cōtingit ſubſtātiā aut qualitatē eē infinitā niſi ſm accidēs. ſ. cū ſiṁ ſunt cū q̄titate. hoc pbat qꝛ infiniti rō q̄titati ſoli ꝯuenit ⁊ nō ſubſtātie neq; q̄litati. Si ḡ debeat eē infinitū opoꝫ ꝙ ſit q̄tū et ſic ſubſtātia ⁊ q̄titas erūt. ⁊ ſi ſubſtantia ⁊ q̄titas ſūt duo ſunt ⁊ nō ſolū vnū. Pro ſcd̄a rōe q̄ ſumit ex parte vnius ponit talē ſuppoſitionē vnū dr̄ multipliciter. ſicut ⁊ ens. hoc pbat q̄a aliq̄n vnū dicit ſm ꝯtinuitatē. aliq̄n ſm vnā et eādē rationē vt vipa ⁊ vīnū. Ex hoc formatur talē rationē ſi tātū eēt vnū ens cū illō eēt vnū ꝯtinuitate ſic mlta eēnt entia. qꝛ ꝯtinuū eſt diuiſibile i infinitū. i. i infinitas ptes quaꝝ vna nō ē alia. ratione huiꝰ mouet talē dubitationē ⁊ dicit ꝙ eſt vna dubitatio de parte ⁊ de toto q̄ nō ꝑtinet ad hāc rationē. ſ. vtrū totū ⁊ ſue partes ſint vnū ⁊ ſi ſint vnū quō ſint vnū. ⁊ ſi ſint plra quō ſunt plra. Et hec q̄ſtio q̄rit de ꝑtibꝰ nō ꝯtinuis. Soluit quodāmō naliter dicēs ꝙ ſi vnū q̄ ē vnū toti. i. ſi vtraq; pars ē eadē toti tūc eadē pars eſt eadē alteri parti. Si illud vnū ē idiuiſibile tūc nō eēt q̄tū neq; q̄le. ⁊ ſic nō eēt infinitū ſicut dicebat meliſſus. neq; finitū ſic dicebat parmenides. qꝛ terminꝰ idiuiſibilis non eſt finitꝰ. ſi oīa eēnt vnū ſm rationē vnā ſicut tunica ⁊ indumētū ſeq̄ret incōueniēs heracliti. ſ. ꝙ eēt idē eē bonū ⁊ eē malū. hoiem et equū ⁊ ſic illa rō nō erit coꝝ q̄ ſunt vnū ſ erit de eo qō ē nihil. In ſcd̄a particula reꝓbat ſeq̄ces ipoꝝ ⁊ incēdit duas concluſiones. Prima poſteriores ꝯturbati ſunt ſicut antiq̄ eo ꝙ ꝯtigit idē eē vnū ⁊ mlta. Probat qꝛ aliq̄ eoꝝ auferebāt copulā a ꝓpoſitoibꝰ ne ſubm ⁊ ꝑdicatū viderent eē multa ſicut licofrō. Alij vero mutabāt dictionē ⁊ copulā in verbū adiectiuū ⁊ nō dicebāt hō eſt albꝰ ſ hō albet. nec homo eſt ābulans ſ hō ābulat. ⁊ hoc faciebāt ne facerent ſubm ⁊ ꝑdicatū eē multa ponēdo illud verbū eſt. Scd̄a idē eſt vnū ⁊ multa. pbat pbus tripliciter. Primo qꝛ albū ⁊ muſicū ſunt vnū ſm rem ⁊ multa ſm rationem. Secūdo qꝛ totū eſt vnū ⁊ ꝑ diuiſionē ſit mlte partes. Tercio qꝛ vnū ⁊ multa nō ſunt oppoſita. idem enim vnū eſt in actu ⁊ multa in potentia ⁊c̄.

## Tertio ſciendū ꝙ circa hūc textū

incidūt tres difficultates. Prima q̄rit eſt ſolubile pbm nō petere pncipiū ſupponēdo ēs dici de multis. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſupponit multa eē ⁊ illud debet pbare. Ad hāc difficultatē rn̄dēt ꝙ hoc poteſt ſaluari tripliciter. Primomō qꝛ capit ens dici de multis vt conceſſum eſt a parmenido ⁊ meliſſo. ſcd̄o qꝛ capit famoſum pncipiū ⁊ quaſi ꝑ ſe notū ꝙ ens dr̄ de multis tercio ſaluat ꝑ diſtinctionē qꝛ aliq̄s poteſt ſupponere ens dici de multis dupl̄r. vnomō actualiter ⁊ copulatiue. ⁊ tūc talis ſupponeret mlta eē. Aliomō potētialiter ⁊ diſiūctiue ⁊ tālis nō ſupponit mlta eē. ſ ſolū ſupponit vnū eē ſub diſiūctiōe ad aliud ⁊ iſtomō Ariſto. ſupponebat ens dici de multis. Scd̄a difficultas vtrū quātitas realiter diſtiguat a ſubā. Ad hāc difficultatē rn̄det ꝙ ſic. qꝛ q̄ncūq; aliq̄ duo ſic ſe hūt ꝙ ꝑ aliquā potētiā vnū pōt ſeparari ab alio illa realiter diſtinguūtur. ſ q̄titas ⁊ res quāta ſunt huiuſmodi. ḡ q̄titas realiter diſtiguit a re q̄ta. Tertia difficultas vtrū ſit ſaluabile q̄titatē nō realiter diſtingui a ſubſtātia ſtāte veritate huiꝰ cōditionalis. ſi ſubſtātia ⁊ quātitas ſint duo ſunt. Ad hāc difficultatē rn̄det ꝙ ſic. qꝛ admiſſo ꝙ ſubſtātia ⁊ quātitas eēnt eadem realiter adhuc iſte cōſequētie ſunt bone. ſi ſuba ⁊ q̄titas ſint ſuba ē diuiſibilis ⁊ ſi ſuba ſit diuiſibilis tūc hꝫ mltas ptes. ⁊ ſi ſubſtātia hꝫ ptes ⁊ ſi ille ptes ſint mlte ſunt. ḡ de primo ad vltimū ſi ſubſtātia ⁊ q̄titas ſint mlta ſunt. ⁊ hec de primo articulo. Quātū ad ſcd̄m articulū ponit

## Concluſio rationalis totū dicit

entitatē realiter diſtinctā ab entitate ſuaꝝ partium ſimul ſumptaꝝ. pbat ſic. q̄ncūq; aliq̄ duo ſic ſe hn̄t ꝙ vnū ē eā realis ⁊ phiſica alterꝰ vnū realiter diſtingit ab alio. ſ ptes ſimul ſumpte ſunt eā realis ⁊ phiſica totꝰ. ḡ ptes ſimul ſumpte realiter diſtinguūtur a toto. ſcd̄o qꝛ terminꝰ generationis eſt totū ꝯpoſitū ⁊ nō ptes ſimul ſumpte. igit. tertio ſubiectū riſibilitatis ⁊ multarū aliaꝝ paſſionū eſt totū ꝯpoſitū. ⁊ non ptes ſimul ſumpte cū ſubꝫ debeat aliquid eē vnū.

Quantum ad tertium articulum.



## Primo dubitatur vtrum ens

vniuoce dicat de decē ꝑdicamentis. Pro ſolutione huiꝰ dubij ponūtur aliq̄ ſuppoſitiones.

Prima ſuppoſitio ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit vniuocū requirit ⁊ ſufficit duplex vnitas. Prima eſt vnitas nois ſigniſ. ſcd̄a eſt vnitas q̄ditatis primo ⁊ immediate ſignificatoꝝ tale nomen. ſic ꝙ tale nomē de primario ⁊ principali ſignificato ſignificet vnā quiditatē multis participabilē. Scd̄a ſuppoſitio ad hoc ꝙ aliq̄d ſit equiuocū duo requiruntur. primo requiritur vnitas vocis ſignās. ⁊ in hoc ꝯuenit cū vniuoco. ſcd̄o requiritur pluritas ſignificatoꝝ principaliū ⁊ immediatoꝝ. ita ꝙ talis vox d̄ primario ſignificato ſignificet plura. Tertia ſuppoſitio ad analogū duo requirunt. primo requiritur vnitas nois ſignās. ſcd̄o requirit inequalitas participatoꝝ vel inequalitas ſignificationis ita ꝙ realiter alteruꝫ iſtoꝝ diſiūctiue ſignificet. vel ꝙ tale nomē ſignificet de primario ſignificato vnā quiditatē que priꝰ participat ab vno ſuppoſitoꝝ illꝰ quiditatis quā ab altero vel requiritur ꝙ tale nomē de primario ſignificato ſuo plura ſignificet. vnū tn̄ ꝑ priꝰ ⁊ aliud ꝑ poſterius. Ex iſto eliciūtur tria documēta. Primū eſt ꝙ oē nomē vnū ſignificās de primario ſignificato vnā quiditatē a multis participabilē ⁊ qualitercūq; participat eſt vniuocū. 2m ē oē nomē vnū ſignificās de primario ſignificato plura quecūq; ipſa ſignificēt ipſm eſt vere equiuocū. 3m eſt oē nomē vnū ſignificās de primario ſignificato vnū ineq̄liter ſignificatꝫ. aut plura ineq̄liter participata eſt d̄ analogū. Ex iſto ſequit primo ꝙ oē nomē vnum aut vniuocū eſt aut equiuocū. pꝫ qꝛ oē nomē vnū cōe aut de primario ſignificato ſignificat vnā tm̄ ⁊ ſic eſt vniuocū aut plura ⁊ ſic eſt equiuocū. ſcd̄o ſequit ꝙ inter vniuocū ⁊ equiuocū nō eſt mediū. tertio ſequit ꝙ vniuoco accidit q̄ditatē ꝑ ipſm deſignatā inequaliter participari. quelibꝫ .n. quiditas de nā ſua eſt equaliter participabilis. q̄rto ſequit ꝙ accidit equiuoco vnū ſuoꝝ ſignificatoꝝ priꝰ q̄ aliud ſignificari per ipſm. quīto ſequit ꝙ oē analogum eſt vniuocū vel equiuocū. qꝛ aut ſignificat de primario ſignificato vnā quiditatē equaliter participabilē. ⁊ ſic eſt vniuocū. aut plures nā. eque primo ⁊ ſic eſt equiuocū analogū. Prima diſtinctō duplex eſt equiuocū. ſ. pure equiuocū qō vꝫ nō eſt analoge ꝓmiſcū. aliud eſt equiuocū analoge ꝓmiſcū ⁊ ſic nō eſt pure equiuocū. Scd̄a diſtinctō duplex eſt vniuocum. ſ. pure vniuocū qō vꝫ nō eſt analoge ꝓmiſcū. Aliud eſt ꝙ eſt analoge ꝓmiſcū ⁊ nō pure vniuocū. vtriq; tn̄ iſtoꝝ eſt vniuocū cū vtriq; eoꝝ ꝯueniat diffinitio vniuoci que eſt hr̄e vnitatē vocis ſignificātis ⁊ vnitatē quiditatis primo ſignificate. Ex hijs tria dicta ad dubiū reſponſiua eliciūtur. Primū ꝙ ens nō eſt equiuocū decē ꝑdicamentis. qꝛ de primario ſignificato nō ſignificat decē ꝑdicamenta. 2m dictū ꝙ ens eſt vniuocū decē ꝑdicamentis. qꝛ de primario ſignificato ſignificat vnā quiditatē a decem ꝑdicamentis participabilē. 3m dictū ens nō eſt pure vniuocū. qꝛ licet quiditas entis de nā ſua ſit equaliter participabilis a decē pdicamentis. tn̄ qꝛ nā ipoꝝ ꝓpriꝰ participat ab vno q̄ ab alio. iō ipiꝰ vniuocatō ē analoge ꝓmiſca

## Secundo dubitatur vtrum ac

tualis ſeparatio accn̄tis a ſubſtātia implicet cōtradictionē. Pro ſolutione huiꝰ dubij ſit hec diſtinctio. duplex eſt accn̄s ꝓpriū vt riſibile homini ⁊ cōmune. ⁊ tale eſt duplex. ſ. abſolutū et reſpectiuū. Ex his dr̄ ad dubiū. primo ꝙ non implicat ꝯdictionē quodlibꝫ accn̄s cōmune ⁊ abſolutū realiter a ſubo ſepari ⁊ ſeparatū cōſeruari. licet nō ſit naliter poſſibile. patet prima pars huiꝰ dicti qꝛ quecūq; duo entia abſoluta ad ſe inuicē ⁊ inter ſe realiter ⁊ eēntialiter diſtincta quoꝝ neutrū ab altero eēntialiter depēdet ſunt ſeparabilia ad inuicē ⁊ ſeparatim pn̄t ꝯſeruari per aliquā potentiā. Scd̄o dr̄ ꝙ implicat ꝯdictionē ꝓpriā paſſionē a ſubo realiter ſeparari altero remanēte. pꝫ qꝛ oīs ꝓpoſitio ꝑ ſe ꝑſeitate primi modi ⁊ eciā ſcd̄i modi dicendi ꝑ ſe eſt inſeparabilis. Tertio dr̄ ꝙ ꝯdictionē implicat relationē eē ſine fundamēto ⁊ termino. licet nō ecōtra. patet prima ps qꝛ relatio eſt reſpectus fundamēti ad terminū ſeu depēdentia eiꝰ ratiōe formali ſua. pꝫ 2a pars qꝛ extrema relationis vt in pluribꝰ ſunt abſoluta fundamētaliter accepta. abſolutū enim prius poteſt eē ſine poſteriori reſpectu.

## Tertio dubitatur vtrū iſte ꝓ

poſitiones poſſint ſaluari de rigore ſmonis. Oia ſunt vnū ens tm̄ vnū eſt ens. Pro ſolutione primo ſit hec diſtinctio. q̄druplex eſt vnū

tas vniuocatiõis. ſ. trãſcendẽs generica ſpecifica, ⁊ numeralis. Ex quo elicit talis regula. Quãdoq; in aliq̃ orõne hic terminꝰ vnũ ponit per ſe ſine reſtringẽte ſtat p̲ vno numero q2 vnitas, analogie ꝯuenit p̄dictis, quattuoꝛ vnitatibꝰ et principaliter analogatũ eſt vnitas numeralis. analogũ aũt p ſe ſumptũ ſtat p̲ ſignificato principali ⁊ famoſioꝛi. Ex hoc dr ad primã partẽ dubij q̲ iſta ꝓpoſitio oĩa ſunt vnũ ens de rigore ſmonis eſt falſa q2 ſenſus eſt q̲ oĩa ſunt vnum numero. et ñ de rigore ſmonis hec eſt va ,omne ens eſt vnũ. Silr iſta oĩa ſunt vnũ ens vnitate trãſcendẽti. nec ſequit ex hoc q̲ oĩa ſint vnum ens ꝓpter fallaciã equocationis vel ad ſm q̄d ad ſimplr. Pro ſolutiõe ſcde ptis dubij ponunt due diſtinctiões. Prima eſt hec ſignũ excluſiuũ põt dupl'r addi termino. ſ. termino numerali aut nõ numerali. Ex his due regule logicales elicitur. Prima oĩs ꝓpoſitio in q̄ termino numerali addit ſignũ excluſiuũ eſt diſtinguẽda q2 ipa põt exponi dupl'r. ſ. gratia alietatis ⁊ pluralitatis. Scda regula ſignũ excluſiuuz termino nõ numerali additũ ſolũ exponit gratia alietatis. Ex hoc ſequit q̲ iſta ꝓpoſitio tm̃ vnũ eſt ens ſimplr nõ eſt ꝯcedẽda nec ſimplr negãda ſ ſm duplicẽ expoſitionẽ diſtinguenda.
Scda diſtinctio ſignũ excluſiuũ põt poni in ꝓpoſitione tripl'r. ſ. an̄ ꝑ determinatione ſubi tm̃ p̄dicati tm̃. ⁊ totiꝰ ꝓpõis. duobꝰ primis modis ſignũ excluſiuũ facit ꝓpoſitionẽ de excluſo extremo. tertio vo mõ facit ꝓpoſitionẽ excluſiuã. Ex his tres regule logicales elicitur. Prima oĩs ꝓpoſitio de excluſo ſubo equiualet propoſitioni cathegorice in q̄ ſignũ ponit cũ ſe vl aliqd ſimile. ⁊ poſt ſubm addit illud vel aliud vel illud ⁊ nõ plura. vt iſta tm̃ vnũ eſt ens ſi ſit de excluſo ſubo tm̃ valet ſicut iſta ẽns vnũ ⁊ nõ plura eſt ens. Scda regula eſt ſilis huic ex pte p̄dicati. Tertia data eſt in exponẽtibꝰ. Ex iſto rñdeo q̲ iſta ꝓpoſitio tm̃ vnũ eſt ens de rigore ſmonis eſt diſtinguenda ſm q̲ poteſt exponi gratia alietatis ⁊ tunc eſt vera. vel gratia pluralitatis ⁊ tunc eſt falſa.

**Ad ratioẽs ante oppoſitũ.** Ad primã maioꝛ eſt va niſi vnꝰ illoꝝ debeat depẽdentiã eſſentialiter ad aliud. mõ totũ eſſentialiter depẽdet a ptibꝰ. Ad ſcdaʒ negat ꝯña. q2 cũ diffinitio explicet oẽs ptes eſſentiales totꝰ explicat etiã ipm totũ. Ad tertiam dr q̄ duplex eſt vnitas. ſ. mãlis ⁊ formalis. Prima nõ ꝯſtituit numerũ ſ ſcda mõ rõ. totꝰ eſt vnitas mãlis. ⁊ hec de q̄ſtione. Explicit quīta q̄ſtio primi libri phiſicoꝝ. Incipit. vi. q̄ſtio eiuſdẽ libri.

**Queritur ſexto. vtrum ſubſtantia mãlis ſecluſa q̄ntitate ſit diuiſibilis.** Arguit q̲ nõ. q2 diuiſibilitas eſt ꝓpria paſſio q̄ntitatis. ḡ nõ põt alicui ꝯuenire ſecluſa q̄ntitate ⁊ p ꝯñs ſubſtãtia mãlis nõ eſt diuiſibilis ſecluſa q̄ntitate. Scdo oẽ diuiſibile hʒ partẽ ⁊ ptẽ. ḡ ſola ſubſtãtia nõ eſt diuiſibilis. Minoꝛ pʒ q2 ille ptes vel eſſent intra ſe vel extra ſe. vtrũq; eſt falſum. q2 intra ⁊ extra ſunt paſſioẽs q̄ntitatis ⁊ loci. Tertio ſic ſubſtãtia mãlis ſecluſa quãtitate nõ hʒ ptes. ḡ ipa nõ eſt diuiſibilis. Añs pʒ q2 vel haberet ptes finitas ⁊ ſic eſſet finita. vel infinitas ⁊ ſic eſſet infinita. vtrũq; eſt falſuʒ. q2 finitũ ⁊ infinitũ ſoli q̄ntitati ꝯgruũt. In oppoſitum arguit. nullũ accñs diuiſibile recipit in ſubo indiuiſibili. ergo ſi ſubſtãtia mãlis eſſet indiuiſibilis tunc nõ poſſet ſuſcipere quãtitatẽ. In queſtione erũt tres articuli. Quãtũ ad primũ.

**Primo ſciẽduʒ eſt q̲ ꝓ declara**tione terminoꝝ q̄ſtionis ponunt aliq̄ diſtinctiones. Prima ſuba mãlis põt capi dupliciter. vnomõ ꝓ toto ꝯpoſito ſubſtãtiali ex mã ⁊ forma. ⁊ ſic eſt euidens q̲ ſubſtãtia mãlis ſecluſa q̄ntitate eſt diuiſibilis in mãʒ ⁊ formã ⁊ ſic nõ capit h̄. Aliomõ capit ꝓ altera pte cõpoſiti ſcʒ. ꝓ mã ⁊ ſic capit h̄. Scda diſtinctio iſta propoſitio ſubſtãtia mãlis ſecluſa q̄ntitate eſt diuiſibilis põt hr̃e triplicẽ ſenſuʒ. ſ. ꝯditionalem tpalẽ ⁊ cãlẽʒ. q2 ille ablatiuꝰ põt reſolui cãliter ꝯditionaliter vel tpaliter. Scdo ſoluent aliq̄ difficultates in quibꝰ ſtat ſolutio q̄ſtionis.
Prima vtrũ ſecluſa q̄ntitate mã hẽat ptes. iſta difficultas ſoluit p diſtinctionẽ q̲ duplices ſunt ptes quedã ſubales ⁊ entitatiue. alie accidentales ⁊ q̄ntitatiue. Tũc dr̃ q̲ mã nuda nõ hʒ ptes extenſas ⁊ q̄ntitatiuas q2 effectꝰ cauſe formalis nõ repit ſine ſua cã formali tñ mã nuda hʒ ptes ſubales ⁊ entitatiuas q2 ſi nõ tunc ſeq̄ret q̲ in grano milij eſſet tm̃ de entitate materie ſicut in toto mũdo qd̃ eſt abſurdũ. Scda difficultas vtrũ mã hẽat ꝓpriã extẽſionẽ ab ipa q̄ntitate diſtinctã. Solutio huiꝰ ſtat in vna diſtinctiõe ⁊ vna ſuppoſitiõe. Diſtinctio eſt hec duplex eſt extẽſio q̄daʒ ẽ actualis a q̄ res mãliter ⁊ formalr eſt extẽſa. Alia ẽ extẽſio aptitudinalis q̄ ꝓprio noĩe vocat extẽſibilitas a q̄ mãlr dr formaliter extẽſibilis. Suppoſitio ẽ hec in gñatione ſubſtãtiali ſunt imaginanda hec quinq; ſigna ſiue inſtãtia nature in eodẽ inſtãti tpis. In primo ſigno mã eſt tm̃ mã. ita q̲ in illo ſigno materie ſolũ ꝯuenit ſua p̄dicata i primo mõ dicẽdi p ſe. In 2ᵒ ſigno materie ꝯuenit extẽſibilitas ⁊ oĩa gñaliter p̄dicata ſcdi modi. In 3ᵒ forma ſubſtãtialis vnit materie extẽſibili. In q̄rto vnit q̄ntitas materie in ſormate forma mixti. In quīto mã fit actualiter extẽſa tali q̄ntitate. Ex his dr̃ duo ad difficultateʒ. Primo q2 mã ſecluſa q̄ntitate eſt extenſibilis p extẽſibilitatẽ ab ea formaliter diſtinctã ſ nõ realiter. q2 extẽſibilitas eſt p̄dicatũ ſcdi modi. 2ᵒ dr q̲ extẽſio actualis a q̄ mã dr actualiter extẽſa realiter diſtinguit a mã q2 talis extẽſio eſt realiter q̄ntitas ipa. ḡ non ꝯuenit materie ſecluſa q̄ntitate. 3ᵃ difficultas vtruʒ iſte q̄ttuoꝛ ꝓpoſitiones ſint ſaluabiles. Prima mã nuda eſt in loco. 2ᵃ ptes entitatiue materie nude ſunt in loco. 3ᵃ vna ps materie nude eſt extra aliã vel inter aliã. Quarta vna nõ ẽ in loco alterius. Pro ſolutione prime ꝓpoſitionis ponit talis diſtinctio. aliqd eſſe in loco põt intelligi dupl'r. vnomõ dimẽſionaliter ⁊ extenſiue. ⁊ ſic illud eſt in loco qd occupat locuʒ ⁊ eſt extẽſuʒ ſicut eſt locꝰ. Aliomõ aliqd eſt in loco p̄ſentialiter determinatiue. ⁊ ſic illud eſt in loco cuiꝰ entitas eſt p̄ñs alicui determinato loco ſic q̲ nõ eſt in alio loco. Ex his dr̃ duo ad ꝓpoſitionẽ. Primo q̲ mã nuda nõ eſt in loco dimẽſionaliter ⁊ occupatiue q2 ſola q̄nta ſic ſũt in loco. 2ᵒ dr q̲ mã nuda ẽ in loco p̄ñtialiter ⁊ determinatiue. Et ſilr ſaluat 2ᵃ ꝓpoſitio. Sʒ ꝓ ſaluatiõe tertie ꝓpoſitiõis ponit talis diſtinctio intra ⁊ extra p̄nt capi dupl'r. vnoᵒ negatiue. ⁊ ſic eſſe extra vnũ locũ eſt nõ eſſe in illo loco ⁊ eſſe extra vnũ locũ ẽ nõ eſſe in alio loco. Alioᵒ capiunt poſitiue. ⁊ hoc dupl'r. vnoᵒ vt ſunt paſſiones loci dimenſionalis. Alioᵒ vt ſunt paſſiones loci p̄ñtialis. Ex his dr̃ tria. primo q̲ ptes materie nude ſunt extra ⁊ intra negatiue 2ᵒ q̲ vna ps materie nõ eſt intra nec extra aliã dimẽſionaliter. 3ᵒ q̲ vna ps materie eſt extra aliã p̄ñtialiter. Pro ſaluatiõe q̄rte ꝓpoſitiõis ponit talis ſuppoſitio. repugnãtia ꝓpt̄ qd corpora nõ p̄nt eſſe in eodẽ loco. eſt penetratio dimenſionũ. ideo ſecluſis dimẽſionibꝰ nõ eſt inꝯueniẽs plura corpa eſſe in eodẽ loco. Ex his dr̃ duo. primo q̲ vna ps materie nõ eſt in loco alteriꝰ dimẽſionaliter. 2ᵒ q̲ de facto vna ps materie nõ eſt in loco alteriꝰ p̄ñtialiter q2 ptes ſemꝑ remanẽt in eodẽ loco nec ꝓpter ſeparationẽ q̄ntitatis mutãtur a ſuis locis. Ideo loquẽdo de poſſibili dico q̲ nõ implicat ꝯdictionẽ oẽs ptes materie ſimul eſſe in eodẽ loco p̄ñtialr q2 nõ ſunt quante nec dimẽſionate.

haberʒ figurā cū fi⁹ ſit terminatio q̄titatis vl̄ nō
eēt terminatū. ⁊ ſic vel nō eēt q̄tū vel eēt in-
finitū. In oppoſitū arguit̄ p phm dicentē q̄ le-
tus nōdū hn̄s formā art̄ ē artificiale ſolū i po-
tētia ⁊ ſic actū artificiale p aduentū forme art̄.
ḡ forma art̄ dr̄ aliq̄d poſitiuū ſup additū enti
nāli. ⁊ a q̄lib3 ente nāli realr̄ diſtinctū. In q̄ſti-
one iſta erūt tres articuli. Quantū ad primū3.

**Sciendu3 eſt q̄ p declaratione**
terminoꝝ q̄ſtionis ponit̄ talis diſtictio. artifi-
ciale capit̄ tripl̄r. Primo° p mā ſubtracta a
forma art̄ de q̄ forma art̄ pdicat̄ denoīatiue.
⁊ tūc artificiale ē idē3 q̄ ſubm̄ forme art̄ deno-
minatiue. 2°° capit̄ p forā ip̄ius art̄. ⁊ ſic ar-
tificiale nō ē aliud q̄ q̄dā diſpō terminatiua q̄n-
titatis cām ab artifice p artē mediāte intellecto
practico ⁊ volūtate. 3°° capit̄ p ꝯpoſito vel
aggregato ex mā ſubtracta forme art̄ ⁊ ip̄a for-
ma art̄. ⁊ dr̄nt iſta tria. 1° q̄ artificiale primo
mō captū ē vnū p ſe reponibile i predicamēto
ſube vel q̄titatis ſ artificiale. 2°° captū ē ens p
ſe repōibile i pdicamēto q̄litatis i q̄rta ſpē. ſed
artificiale 3°° captū ē ens p accn̄s nō repōibi-
le i aliq̄ pdicamēto ſ i diuerſis ſm diuerſas ſu-
as ptes. Ex h° ſeq̄tur primo q̄ omē artificiale
primo° captū ē nāle. 2° ſeq̄tur ꝯnoīales q̄ for-
ma artificialis ē entitas realr̄ diſticta a q̄libet
ente nāli realr̄ ſibi inherēte. 3° ſeq̄tur q̄ artifici-
ale 3°° captū realiter diſtinguit̄ a q̄libet natu-
rali. p3 q̄ totū realr̄ diſtinguit̄ ab vna ſui pte.

**Secundo ſciēdu3 q̄ Ariſtot· in**
hoc 2° ca° oñdit de q̄b⁹ dr̄ nā. ⁊ inducit tres



ꝯcluſiōes. Prima mā ē nā. pbat̄ p duas rōnes ſic q̄
mā videt̄ eē tota ſuba rez artificialiū ſicut vt
mā lectuli ē lignū ⁊ ſtatue eſt es. ḡ mā ē nā. aīſ
pbat dupl̄r. ſ. ſigno antiphōtis. ⁊ rōne. Signū
eſt q̄ ſi aliq̄s lectū ifoderet ⁊ acciperet potētiam
putreſcēdi ita q̄ germinet. tūc fieret lignū ⁊ nō lec-
tulus. tūc ē ſignū q̄ lignū ē tota ſuba lectuli. ⁊
q̄ forma ſolū ſibi ꝯuenit p accīs. Rōne ſic pro-
bat̄ q̄ illud ē tota nā rei qd̄ ꝯtinue manet ſub
tota trāſmutatiōe. ſ illud ē mā. ḡ mā eſt tota
ſuba rez 2° pbat ꝯcluſionē auctoritate oīm an-
tiq̄ꝝ. q̄ oēs antiq̄ dixerūt mām eē totā nām.
ḡ mā eſt nā. aīs p3 q̄ q̄dā3 dixerūt ignem eē
mām. alij aerē. alij aquā. alij q̄tuor elemēta. ſ
q̄libet ip̄oꝝ dicebat iſta eē nām rez. Ex quo i-
fert̄ q̄ nā vno° dr̄ de mā prima hn̄te i ſe prin⁹
ſui mot⁹. 2ª ꝯcluſio forma ē nā. pbat ph̄us tri-
bus rōnib⁹. Prima illud ē nā p qd̄ res nālis
eſt i actu ⁊ ſine q̄ nō eēt i actu. ſ forma ē huiuſ
modi. ḡ forma ē nā. minorē pbat ex°. ⁊ a ſimi-
li. a ſimili ſic. q̄ ſicut artificiale nondū hn̄s for-
mā ē ſolū artificiale i potētia. ⁊ fit artificiale in
actu p formā art̄ vt lectul⁹ nōdū hn̄s formā lec-
ti ē ſolū artificiale i potētia. ḡ ciā nāle nō dum
hn̄s formā nālē ē nāle ſolū i potētia ⁊ fit i actu
p formā pbat ex°. vt caro ſolū hn̄s mām carnis
⁊ nō forma ē ſolū caro i potētia. Ex q̄ occurrūt
duo dubia. Primū q̄ aliq̄s poſſet dubitare
Utrū mā ſit ſepabilis a forma. dicit q̄ nō niſi
ſm rōne3. 2⁹ aliq̄s poſſet dubitare vtr ꝯpoſi-
tū ex mā ⁊ forma ſit nā. dr̄ q̄ nō q̄ dr̄ eē ens
ſm nām vt hō. 3° infert tale correlariū q̄ forā
eſt magis nā q̄ mā. p3 q̄ illud p qd̄ aliq̄d dicit̄
nāle i actu ē magis nāle q̄ illud p qd̄ dr̄ nāle in
potētia. ſ p formā aliq̄d ē nāle in actu ⁊ p mā3
ſolū i potētia. ḡ forma ē magis nā q̄ mā. 2ª rō
q̄ ſic eſt i arte ita eſt i nā. ſ i arte illud eſt magis
nā. ex q̄ fit ſibi ſile. ḡ ⁊ in nā ſ i nā fit aliq̄d ſimi-
le ſm formā. ḡ forma ē nā prima. minorē pro3
q̄ ppter h̄ lignū3 dr̄ tota ſuba lecti q̄ ex lectulo
gn̄atur lignū ⁊ nō lectul⁹. ſcḋa maior p3. q̄ ex ho-
mine fit hō. 3ª rō gn̄atio nālis dr̄ nā eo q̄ ē via
ad nām. ſ nō ē via i mām. ḡ ē via i formā. ⁊ p
ꝯn̄s forma ē nā. minorē pbat p ſile in trāſmu-
tabilib⁹ artificialib⁹. q̄ ſic medicatio nō ē via
ad medicinā ſ ad ſanitatē ſic ē ciā de nāli gn̄a-
tione. Et ſubdit differentiam inter nālē trāſmutatio-
ne3 ⁊ artificialē. q̄ nāles accipiūt ſuas nāles de-
noiationes a termio. ſ artificiales accipiūt eas
ab artifice vt medicatio a medicina vel medi-
co. 3ª ꝯcluſio priuatio ē q̄dāmō nā. pbat q̄
eſt q̄dāmō forma. ſ forma ē nā. ḡ priuatio eſt q̄-
dammō nā. maiorē pbat q̄ ſi priuatio vnius
forme ſit i mā h° ē ſub forma ꝯria tali forme.

**Tertio ſciēdu3 q̄ circa hunc tex**
tu3 incidūt tres difficultates q̄ꝝ prima ē q̄liter ē
ſaluabile nām ſolū dici de mā ⁊ forma. cū tñ
Boeci⁹ dicat oē illud ē nā qd̄ cū ſit pōt ab intel-
lectu appͣhēdi. Ad quā rñdet̄ p vnā diſtinctio-
nē q̄ nā capit̄ q̄drupl̄r. primo° p oi illo qd̄ cū
ſit pōt ab intell̄ appͣhēdi. ⁊ ſic oē poſitiuū ēē-
ns ē nā. 2°° capit̄ p ſuba agēte ⁊ ſic nō ē aliud
q̄ ſba agēs nāle. ⁊ diuidit̄ in nām pticularem ⁊
vniuerſalē. 3°° capit̄ p dr̄a eſſentiali vt rōnale
dr̄ eē nā hoīs. Quarto capit̄ p prin° intriſeco
mouēdi ⁊ q̄ſcēdi ⁊ ſic nā dr̄ ſolū de mā ⁊ forā
⁊ priuatione quodāmō. 2ª difficultas q̄liter
eſt ſaluabile formā eē magis nā3 q̄ mā3 cū nā
nō ſuſcipiat magis ⁊ min⁹. Pro ſolutione hui⁹
difficultatis ponūtur due ſuppoſitiōes. Prima
eſt i oi noīe ē aliq̄d a q̄ nomē imponit̄ ⁊ aliq̄d
cui nomē imponit̄. 2ª oē nomē iponit̄ ab ali-
q̄ actu eſſentiali. Ex q̄ eliciē iſta diſtictio. nā po-
teſt capi dupl̄r. vno° p eo cui nomē imponit̄.
⁊ ſic nā nō ſuſcipit magis ⁊ min⁹. q̄ nā iſto° nō
eſt aliud q̄ mā ⁊ forma q̄ ſunt ſube nō ſuſcipiē-
tes magis ⁊ min⁹. alio° capit̄ p illo a q̄ nomē
imponit̄. ⁊ ſic nā nō ē aliud q̄ act⁹ nāndi vel
pticipādi. Et q̄ iſte act⁹ q̄ ē pticipare magis
ꝯuenit formē q̄ materie. ideo forma dr̄ magis
nā q̄ mā. 3ª difficultas. vtr ſit ſaluabile pri-
uationē eē nā3. ad quē pōt rñderi ſm Alber-
tū ponēdo talē ſuppōe3 q̄ eſſentia forme ante
gn̄ationē ei⁹ pēſt in mā ſm eē formale forma-
bile. ⁊ ibi ē priuatio ip̄ius eē formalis forma-
ta. Ex q̄ eliciē talis diſtictio q̄ priuatio pōt capi
dupl̄r. vno° p formali ⁊ ſic priuatio ē pura ca-
rētia forme ſub eē formato. alio° capit̄ p mā-
li. ⁊ ſic priuatio nō ē aliud q̄ eſſentia forme re-
cōdita q̄ ſtat ſub eē formali formabili q̄ alio
noīe ichoatio forme vocat̄. ⁊ q̄ vt dictū ē iſta
ichoatio forme ſm Albertū effectiue ꝯcurrit ad
gn̄ationē. ideo cū priuatio ſit illa ichoatio for-
me. o3 q̄ q̄dāmō ꝯcurrat ad gn̄ationē p mō-
dū pricipij act⁹ intriſeci. ⁊ iſto° capiēdo priua-
tionē ē q̄dāmō nā. Pro 2° articulo ponit̄ iſta.

**Cōcluſio· forma artificialiū3 eſt**
aliq̄d reale ⁊ ꝯpoſitiuū ſupadditū enti nāli. et
a q̄lib3 ente nāli realiter diſtinctū. Primū p3 q̄
oē obm̄ ſenſus ē aliq̄d reale ⁊ poſitiuū. ſ forā
art̄ ē obm̄ ſenſus. q̄ forma art̄ nihil aliud eſt
q̄ fi⁹ q̄ eſt ſenſibile ꝯſe. 2⁹ p3. q̄ cuiuſlibet

ſitate, z° ponit talis diſtīctio. duplex ē abſtractio q̄dā ē realis. ⁊ ē realis ſeparatio vni⁹ ab alio alia ē abſtractio methaphiſica ⁊ iſta eſt duplex qz q̄dā ē abſtractio ītellect⁹ ſimplicis q̄ nō ē aliud ꝙ̄ itellectio vni⁹ nō intelligēdo aliud. ⁊ ſic abſtrahētiū nō ē mēdatiū. qz i prima opōe intellect⁹ nō ē vitas neqꝫ falſitas. alia ē abſtractō cōponētis ⁊ diuidētis ⁊ ē itellect° q̄ itelligim⁹ hꝫ nō eē h°. vel h° nō eē in h°. ⁊ taliū abſtrahētiū pōt eē mēdatiū cū i z° opōe itellect⁹ ſit vitas vel falſitas. Quātū ad z⁹ articulū ponitur

**Cōcluſio reſpōſalis ſcie medie**

ſunt magꝫ mathematice ꝙ nāles. hec z° pꝫ ex primo notabili. Quantū ad primū articulum

**Primo dubitat̄ vtrū phiſicus**

hēat cōſiderare mām ⁊ formā. Ad ſoluēdū h⁹ du⁹ ē ſupponēdū ꝙ Ariſto. i h° z° ca° oſtēdit de qb⁹ ē cōſideratio phiſica ⁊ diuidit̄ i duas ptes. In prima itēdit talē cōcluſionē. ad phiſicū ptinet determiare de nā. ḡ de mā ⁊ forma hꝫ cōñā qz nā dr̄ tā de mā ꝙ̄ de forma. z⁹ rō qz cōſideratio nālis eſt ſic cōſideratio ſimi ſꝫ cōſideratio ſimi icludit mā ⁊ formā. ḡ cōſideratio nālis ē de mā ⁊ forma. Ex h° pꝫ ſolutio ad du⁹.

**Secundo dubitat̄ vtrū ad eā**

dē ſciam ptineat determiare de mā ⁊ forma. Ad ſoluendū h⁹ du⁹ ſupponendū ē ꝙ Ariſtoteles. i z° pte hui⁹ capituli itēdit tres cōcluſiones. Prima tāgit duo dubia. Primū cū nā dicat̄ de duob⁹. ſ. mā ⁊ forma vtrū cōſideratio nālis ſit de altera tm̄ vel de vtraqꝫ. z° ſi cōſideratō nālis ſit de vtraqꝫ vtrū ad eādē ptē ptineat determiare de vtraqꝫ. Et ſubdit ꝙ phiſici antiqui credētes mām eē totā ſubam rei ſolū cōſideraverūt de mā. vt democrit⁹ ⁊ empedocles. In vna tn̄ pte phiſice ſue aliq̄d tetigerūt de forma

z° cōˀ ad eādē ſciam ptinet determinare de mā ⁊ forma. pbat pl̄ures mb⁹ rōnib⁹. Prima ſi ars imitat̄ nām eodē mō ē in nā ſicē in arte. ſꝫ eiuſdē artis eſt cōſiderare mām ⁊ formā. ḡ ad eādē ſciam nālē ptinet cōſiderare mā ⁊ formā. Minorē pbat qz medici eſt cōſiderare ſanitatē tanꝙ̄ formā colerā ⁊ flegma tanꝙ̄ mām cū q̄bus eſt ſanitas. ⁊ domificatis eſt cōſiderare formā dom⁹ ⁊ mām. ſ. ligna ⁊ lapides. z⁹ rō eiuſdē ſcie eſt cōſiderare finē ⁊ ordinata ad finem ſꝫ forma eſt finis ad quē ordinat̄ mā. ḡ eiuſdē ſcie eſt cōſiderare mām ⁊ formā. minorē patꝫ qz cuiuſ libet mot⁹ tmi⁹ vltim̄ ad qd̄ deuenit̄ illud gr̄a cui⁹ aliq̄d fit eſt ei⁹ finis. forma ē huiuſmodi reſpectu materie. ⁊ ſubdit ꝙ q̄dā poeta dicebat eē derīſio ei⁹ dicere finē gr̄a cui⁹ pp̄ter mugationē. vult. n. nō oēm finē vltimū eē ſꝫ optimū eē vltimū. Et ad declaratiōnē materie prime rōnis. ⁊ etiā minoris ſubdit ꝙ q̄dā ſunt artes q̄ ſimplr̄ faciūt mām ſuā. alie ſunt q̄ nō faciūt mām ſuā ſꝫ ſunt operoſe. i. diſpoſitiue z°. ſubdit ꝙ nos vtimur oib⁹ nālib⁹ aliquo⁹ ppter nos ſum⁹ q̄dāmō finis ipoꝝ. ſ. nālium. Ex his dicit ꝙ due pricipaliores artes. ſ. vſuales ⁊ archi^e ſunt q̄dāmō actiue materie. ⁊ ponit differentiā inter artē ⁊ ſciam. qz artes operant̄ circa ſuā mām ſꝫ ſcie nō. immo ſpeculātur eā ſolū. z⁹ rō eiuſdē ſcie eſt cōſiderare illa q̄ ſunt ad aliud. ḡ eiuſdē ſcie eſt cōſiderare mām ⁊ formā. tenꝫ cōñā. qz mā ⁊ forma ſunt ad aliq̄d. z⁹ p°⁹ mā ⁊ forma ſunt phiſice cōſiderationis in quātū ſunt prin⁹ mot⁹ ⁊ trāſmutationis. qz ſicut faber cōſiderat ea. ita phiſic⁹ cōſiderat mā ⁊ formā. ſꝫ faber cōſiderat ea inq̄tū eſt prin⁹ ſui operis. ḡ phic⁹ cōſiderat mām ⁊ formā ſm̄ ꝙ ſunt prin^a mot⁹ ⁊ n alis trāſmutationis. ⁊ cōſiderat etiā formas ſepatas ſm̄ ꝙ ſunt prin⁹ mot⁹ et gn̄ationis vt ſol eſt prim⁹ gn̄ationis. hoīs hō. enim ⁊ ſol generāt hoīem. dīc aūt quo° iſte forme ſunt ſepate eſt opus prime philoſophie.

**Tertio dubitat̄ vtrum materia**

⁊ forma ſint ad aliq̄d. Pro ſolutione ponitur due diſtinctiōes. Prima duplex eſt ad aliq̄d. ſ. ſm̄ eē cui⁹ totū eē ē ad aliud. aliud eſt ad aliq̄d ſm̄ dici ꝙ de ſuo ſignificato eſt abſolutū ⁊ de cōnotato eſt reſpectiuū. z⁹ diſtinctio aliq̄ ſunt ad aliq̄d ſm̄ eē dupl̄r. vno° q̄ditatiue et eſſentialiter ſic ꝙ ſunt p ſe reponibilia in p̄dicamento ad aliq̄d. alia ſunt ad aliq̄d denoiatiue ⁊ accidētaliter eiuſmodi ſunt oīa fundamenta ⁊ ſuba relationū. de q̄bus ip̄e relatiōes p̄dicātur denoiatiue ⁊ accn̄taliter. Ex his dr̄ tria. Primo ꝙ mā ⁊ forma ſunt eſſentialiter ⁊ q̄ditatiue relatiua ſm̄ dici. qz mā dr̄ forme mā. et forma dr̄ materie forma. z° ꝙ nō ſunt ad aliq̄d z⁹ eē q̄ditatiue ⁊ eſſentialiter. qz mā ⁊ forma dicūt entitates abſolutas in p̄dicamento ſubſtāne reponibiles. z° dr̄ ꝙ ſunt ad aliquid ſm̄ eē denoiatiue ⁊ accidētaliter. pꝫ qz in ipis ſubiectātur ⁊ fundātur relationes ſm̄ eē ſicut relatio cauſalitatis principalitatis que de ipis accidentaliter predicantur.

**Ad rationes aīi oppoſitū facta.**

Ad primā dr̄ negādo maiorē. ⁊ ad pꝫ hationē dr̄ ꝙ illa auctoritas hꝫ veritatē in nālib⁹ ⁊ nō in artiuis. vt pꝫ in primo notabili.

Ad z^{am} dr̄ ꝙ maior hꝫ vitatē vbi talis differētia formalis eſt eſſentialis ⁊ nō accn̄talis.

Ad z^{am} dr̄ ꝙ illa auctoritas eſt intelligēda. ſ. ꝙ pſpectiua nō cōſiderat de lineis ſm̄ ꝙ mathematicus. i. pure mathe^e. ſꝫ ſm̄ ꝙ phiſica. i. ſm̄ ꝙ cōtracta eſt p diām phiſicā. Ex hoc de queſtione.



**Querit̄ quarto vtrum cau**

ſalitas cauſe finalis cōueniat ipi fini ſimpliciter ſm̄ eē intentionale. aut ſm̄ ſuū eē reale. Et arguit̄ primo cō ſuppoſitū. ſ. ꝙ finis nō ſit cauſa quia vel erit cā qn̄ eſt vel qn̄ nō eſt. nō qn̄ nō eſt. qz nō ens nō eſt cā entis. nō qn̄ eſt. qz habitib⁹ pſītibus ceſſat mot⁹. z° ſic finis eſt cā nobilior inter oēs cauſas. ḡ erit cā z⁹ ſuū nobilius eē ſꝫ eē nobili⁹ eſt eē reale. qd̄ ē eē ſimpliciter ⁊ nō eē intētionale. qd̄ eſt eē ſm̄ q̄d. ḡ finis ē cauſa ſm̄ ſuū eē reale. ⁊ nō ſm̄ ſuū eē intentionale. z°. ſic qz cuiuſlibet effect⁹ realis quelibet cā de p ſe debet eē realis. ſꝫ finis ē cā alicui⁹ effect⁹ real' ḡ finis ē cā real' ⁊ p cōñs erit cā ſm̄ ſuū ēē reale. In oppo⁹ arguit̄ ſm̄ illud eē finis eſt cauſa ſm̄ qd̄ p̄cedit ſuū effectū. ſꝫ p̄cedit ſuū effectū ſolū ſm̄ eē intētionale. ḡ eſt cauſa ſm̄ ſuū eē intentionale. In iſta queſtione erūt tres articuli. Quantum ad primum.

**Primo ſciendum eſt ꝙ ſolutio**

queſtionis ſtat in ſolutione q̄ttuor difficultatū Prima vtrū finis ſit cauſa ſm̄ ꝙ habeat eē intētionale. Pro ſolutione hui⁹ ponit̄ talis diſtinctio ſm̄ ꝙ ⁊ hec ſimilima pñt tripliciter cōſiderari. vno° reduplicatiue. ⁊ tūc denoiat cauſalitatem ⁊ vniuerſalitatē. ſic ꝙ illud ſupra qd̄ cadit debet eē cauſa inherētie p̄dicati ad ſubm. ⁊ rō eodē p̄dicari vl̄iter ipm̄ p̄dicatū. ⁊ ſic non finis eſt cauſa ſm̄ ſuū eē intētionale. nec ſm̄ ꝙ hꝫ eē reale. alio° pōt capi ſpecificatiue. ⁊ tunc vel ſpecificat rōnem ſm̄ quā predicatū cōuenit ſubo vt dicendo ens inquantū ens eſt ſubm methaphiſice. vel etiā ſpecificat cōditionē neceſſario req̄ſitam ad hoc ꝙ p̄dicatū inſit ſubo ſicut pies ſm̄ ꝙ albus eſt viſibilis. ⁊ tūc dr̄ ꝙ finis ſm̄ ꝙ eſt intētione nō accipit̄ p eē reali. tn̄ eſt cauſa. z^{oo} capitur ꝯmiſſiue. ⁊ tūc denominat cōditionē nō repugnātem inherētie predicati ad ſubm ſꝫ ipam ꝯmittentē. vt ſortes eſt albus ſm̄ ꝙ homo. z^a difficultas vtrū ſit idem finis hn̄s eē intentionale ⁊ obiectiuū ⁊ poſtea q̄ pducatur in eē reali ⁊ ſubiectiuo. Ad quā rñdetur ꝙ eſt idē finis realiter ⁊ entitatiue dn̄s ſolū penes diuerſa eē. z^a difficultas vtrū cauſalitas cauſe finalis ſit nobilior cauſalitate cuiuſcūqꝫ alteri⁹ cauſe. Ad quā rñdetur ꝙ licet entitas finis nō ſit nobilior entitate cuiuſlibet alteri⁹ tn̄ cauſalitas ei⁹ eſt nobilior q̄cūqꝫ cauſalitate alteri⁹ cauſe. pꝫ qz cauſalitas cauſe finalis eſt cauſa cauſalitatis cuiuſcūqꝫ alteri⁹ cauſe. ipa. n. facit oēs alias cauſas cauſare. Quarta difficultas vtrū eē intētionale ⁊ obiectiuū ipius finis ſit nobili⁹ ipo eē reali ⁊ ſubiectiuo. Ad quā rñdetur ꝙ eius eē ſubiectiuū ⁊ reale eſt nobili⁹ ſuo eē obiectiuo qd̄ hꝫ i itellectu creature. pꝫ qz eē obiectiuū nō eſt eē niſi ſm̄ q̄d ⁊ eē ſubiectiuum eſt eē ſimpliciter.

**Secundo ſciēdū ꝙ iſte tertius**

tractat⁹ in q̄ Ariſto. determiat de cauſis per ſe diuidit̄ in duo capitula. In primo determinat de generib⁹ cauſaꝝ ⁊ diuidit̄ in duas ptes In prima intēdit talē cōcluſionem. Ad nālem phiam ptinꝫ determiare de cauſis q̄ ⁊ q̄t ſunt numero. pbat qz in oi negotio qd̄ eſt gr̄a ſciēdi neceſſe eſt determiare de cauſis. ſꝫ hoc negotiū eſt cauſa ſciēdi. ḡ in hoc negotio neceſſe eſt determinare de cauſis. minorē pbat qz nō opinamur vnūquodqꝫ niſi pri⁹ accipiam⁹ ppter q̄d ⁊ primā cauſā eius. In z^a intēdit talē cōcluſionē. cauſa dr̄ q̄ttuor modis. Primo dr̄ id ex q̄ fit aliq̄d cū inſit. ſicut es dr̄ eē cauſa ſtatue. ⁊ argentū dr̄ eē cauſa fiāle. alio° dr̄ cauſa ſpēs ⁊ exemplū vt paradigma ſiue rātio ipius qd̄ quid erat eē vt hec pporatio duorū ad vnū eſt forma hui⁹ qd̄ eſt dyapſon. z^{oo} capitur cauſa vt eſt prin⁹ primū. vnde monēs vt deliberās eſt cauſa deliberati. ⁊ pater filij. ⁊ faciens facti. ⁊ cōmutās cōmutati. Quarto mō dr̄ cauſa de fine. vt ſanitas eſt cauſa ābulandi. ꝙ finis ſit cauſa pbat pl̄us. qz finis eſt gr̄a cuius aliq̄d fit ḡ eſt cauſa. pbat antecedēs ꝙ p finem cōuenienter rñdemus ad interrogationem factā ppter q̄d. vt ſi q̄ratur ppter q̄d ambulat. cōuenienter rñdetur vt ſanetur. Et ſubdit ꝙ ea q̄ ſunt inter primū mouēs ⁊ vltimū finem q̄dāmmō dn̄r fines. ⁊ hoc reſpectu p̄cedentiū. vt vaſa ſunt ppter potionē. ⁊ potio ppter purgationem. purgatio ppter maciē. maciēs ppter ſanitatē. Ex hac infert ꝙ fere ſunt tot

dic p ſe ꝙ modis dr̃ cauſa. In 3ª pte princi-
pali inducit talem cõcluſionem. Tres ſunt p-
prietates cauſaꝝ. Prima ꝙ euſdẽ effect⁹ ſunt
plures cauſe p ſe. nõ tñ in eodem genere cauſe
vt es eſt cauſa p ſe mãlis ipius ſtatue. ⁊ ſtatuifi
catio eſt per ſe cauſa efficiens ei⁹. 2ª cauſa ſunt
ſibi muicem cauſe vt dolare ⁊ laborare eſt cau
ſa efficiens bene hñdi id eſt ſanãdi ⁊ ſanitas ẽ
cauſa finalis laborationis. 3ª aliquoꝝ effectuũ
eſt eadem cauſa vt dicim⁹ gubernatoris abſẽ
tiam eſſe cauſaꝫ euerſionis nauis cuius pñtia
erat cauſa ſalutis. In q̃rta pte oñdit talem
cõcluſionem. oẽs cauſe p ſe reducũtur ad ali-
quem q̃tuor modoꝝ. pbat qꝛ omnis cauſa vl̃
reducitur ad cauſaꝫ mãlem vt elementa littere
ſunt mã ſyllabaꝝ. ⁊ argentũ mã vaſoꝝ. ⁊ ignis
phiſicoꝝ corpoꝝ. ⁊ ptes totius. ⁊ p̃miſſe reſpec
tu cõcluſionis. aut reducit̃ ad cauſaꝫ formaleꝫ
vt cõpoſitio partiũ eſt forma reſpectu toci⁹ aut
ad cauſam efficientem vt ſemen reſpectu plis.
medicus reſpectu ſanitatis deliberãs reſpectu
deliberati. ⁊ faciens reſpectu facti. vl̃ ad cauſaꝫ
finalem ſic illa que ſunt bonũ alioꝝ. qꝛ finis d
bet eſſe vltimũ ⁊ optimũ. ⁊ nihil differt ipm fi
nem bonũ dicere vel bonũ videri. id eſt nihil
differt ſi finis ſit verũ bonũ ſiue bonũ apparẽs
Cõſequenter recapitulat ea que dicta ſunt. ⁊ di
cit ꝙ tot ſunt ſpecies cauſe quot dicte ſunt.

**Tertio ſciẽduꝫ ꝙ circa hunc tex**
tum incidũt tres difficultates. Primo vtrum
ſint q̃tuor genera cauſaꝝ. Ad hoc rñdet ꝙ
ſic p ſufficientiã. naꝫ oĩs cauſa cauſat effectum
vel q̄ cauſat intrinſece vel extrinſece ſi intrinſe-
ce hoc eſt dupliciter vel paſſiue ⁊ ſubiectiue. et
ſic eſt mã. vel pfectiue ⁊ formatiue. ⁊ ſic eſt for̃a
ſi extrinſece hoc eſt dupliciter vel effectiue. ⁊ ſic
eſt efficiens vel finaliter ⁊ terminatiue. ⁊ ſic eſt fi
nis. 2ª difficultas q̃liter ſit ſaluabile ꝙ cau
ſa de iſtis q̃tuor p̄dicetur. cuꝫ cauſa ſit entitas
reſpectiua ⁊ iſta q̃tuor ſunt entitates abſolute.
Ad hoc rñdetur ponendo talem ſuppoſitio
neꝫ ꝙ cauſalitas eſt vna relatio fundata in en-
titate cauſe. ⁊ terminata ad entitatem cõpoſiti.
ideo cuꝫ 2cretuꝫ ſ. cauſa p̄dicatur ſolũ de ip-
ſis denoĩatiue ⁊ accidentaliter ſicut relatio fun
damento ⁊ nõ quiditatiue ⁊ eſſentialiter ſic ge
nus de ſuis ſpeciebꝫ. Ex hoc ſequit̃ ꝙ gen⁹ nõ
p̄dicatur de iſtis q̃tuor vniuoce vel equiuoce
ſ͛ denoĩatiue tñ. 2º ſeq̃tur ꝙ iſta diuiſio eſt
diuiſio accidentis in ſubiecta vel relationis in
fundamenta. 3ª difficultas vtruꝫ iſte q̃tuor
cauſe habeãt eandem rõnem formalem cauſa
litatis. Ad hoc dr̃ primo ꝙ cauſare eſt po-
nere effectũ in eſſe. 2º ꝙ cauſare ipius materie
eſt ponere effectũ in eſſe per modũ illi⁹ ex quo
ſit effect⁹. ſ͛ cauſare forme eſt ponere effectuꝫ in
eſſe p modũ illius per qḋ ſit effectus ſ͛ cauſare
efficientis eſt ponere effectũ per modũ illi⁹ a q̄
ſit effect⁹. ſ͛ cauſare ipius cauſe finalis eſt pone
re effectũ p modũ illius pp̄ter qḋ ſit effectus ex
quo patet ſolutio difficultatum p̄habitarum.
Quantum ad ſecundum articulum ponitur.

**Concluſio reſpõſalis. cauſalitas**
cauſe finalis cõuenit ipi fini ſm qḋ habet eſſe
in intentione. pꝫ qꝛ cauſalitas illa ſibi cõuenit
ſm illud eſſe ſm qḋ nõ ſibi cõueniret ſi nõ ha
beret tale eſſe. ſ͛ finis nunq̄ eſt cauſa niſi ſit ap-
prehenſa ab intellectu agentis p modũ amati
vel deſiderati. Quantum ad tertiũ articulum

**Primo dubitatur. vtrum euſ-**
dem effect⁹ poſſit eſſe plures cauſe per ſe. Pro ſo
lutione hui⁹ dubij ponũtur alique diſtinctio-
nes. Prima ꝙ duplices ſunt cauſe p ſe que-
dam ſunt euſdem generis. alie ſunt diſtinctio
rum generũ vt forma ⁊ efficiens. Scḋa du-
plices ſunt cauſe euſdem generis quedã ſunt
ſubordinate quaꝝ vna agit in virtute alterius
vt ſol homo. alie ſunt non ſubordinate vt duo
homines. Tertia diſtinctio. cauſe nõ ſubor-
dinate ſunt duplices. quedã ſunt totales qui-
bus poſitis omni alio ſecluſo in eodem gene
re ⁊ in eodem ordine poſſunt producere effec-
tum. alie ſunt cauſe partiales que cũ alijs euſ
dem generis ⁊ euſdeꝫ ordinis pducunt effec-
tum. Ex his dr̃ primo ad dubiũ ꝙ eiuſdem ef
fectus ſunt plures cauſe p ſe totales in diſtinc
tis generib⁹ cauſaꝝ. vt patet in exemplo text⁹.
Scḋo dr̃ ꝙ euſdem effectus ſunt plures cau-
ſe p ſe totales in eodem genere cauſe cũ ille ſint
ſubordinate. vt ſol ⁊ homo generãt hominem
Tertio ꝙ euſdem effect⁹ ſunt plures cauſe per
ſe nõ ſubordinate ⁊ partiales. ⁊ in eodem ge-
nere cauſe. vt plures homines trahũt nauem.
Quarto dr̃ ꝙ euſdem effectus nõ ſunt plures
cauſe per ſe totales. ⁊ nõ ſunt ſubordinate ĩ eo
dem genere cauſe. patet per implicationẽ 2tra-
dictionis. quia ſi vna illaꝝ ſit cauſa totalis er-
go ipa de ſe ſola cauſat effectum.

**Secũdo dubitat̃. vtruꝫ premiſ-**
ſe ſint mã cõcluſionis. ⁊ ptes diffinitionis ſint
cauſa formalis diffiniti. Ad primã reſpõdetur



per talem diſtinctionem. p̃miſſe dicũt in ãm 2clu
ſionis põt intelligi dupli͛. vno° p paſſioneꝫ et
adequationem ita ꝙ ipa 2cluſio 2ponat̃ ex ipis
p̃miſſis tanq̄ ex ſuis p̃tis ⁊ adeq̃te mã. ⁊ ſic p̃-
miſſe nõ ſunt 2cluſionis mã. alio° põt intelli-
gi virtualiter ⁊ p 2tinentiaꝫ ita ꝙ p̃miſſe 2tineãt
totaꝫ mãm 2cluſionis. ⁊ ſic p̃miſſe ſunt mã cõ
cluſionis. Sed p 2ª pte ponit̃ talis diſtinctio.
duplex eſt diffinitio. queda eſt methaphiſica q̄
datur p q̃litateꝫ genericaꝫ ⁊ dr̃ales. ⁊ ptes ta
lis diffinitionis ſunt forme diffiniti. alia ẽ phi
ſica q̄ datur p partes eſſentiales 2poſiti nãlis.
ſalicet p mãm ⁊ formã ⁊ ſic nõ omnes partes
diffinitionis ſunt forme diffiniti.

**Tertio dubitat̃. vtrum cãlitas**
cauſe finalis fundet̃ in entitate ipius finis. Pro
ſolõne huius dubij ponũtur alique ſuppõnes
Prima habita entitate ipius finis ceſſat cauſa
litas ipius eff. cientis. cũ efficiens nõ agat niſi
pp̄ter finem. 2º cauſalitas cauſe finalis p̄cedit
cãlitatem cauſe efficientis cũ efficiens nõ agat
niſi motus a fine. 3ª que ſeq̃tur ex illis eſt ꝙ cã
litas cauſe finalis p̄cedit entitatem ipius finis
Ex h° dr̃ ad du⁹ ꝙ entitas ipius finis nõ põt
eſſe fundamentũ calitatis finis. cũ oꝫ fundam̃
tuꝫ ſit cũ relatione. 2º dr̃ ꝙ cãlitas ipius finis
fundat̃ in eſſe obiectiue ⁊ intẽtionali ipius. qꝛ
mouet ſolũ per modũ amati ⁊ deſiderati.

**Ad ratiões ante oppoſituꝫ. Ad**
primã dr̃ ꝙ finis eſt cauſa quãdo nõ eſt. ⁊ cau
ſare ipius finis fundat̃ in eſſe amato ⁊ deſide-
rato. ĩmõ ad h° ꝙ aliquid ſit amatũ vel deſide
ratuꝫ nõ req̃ritur ipm eſſe. Ad ſcḋam dr̃ ꝙ
finis nõ eſt nobiliſſima cauſaꝝ q̄ ad pfectioneꝫ
ſue entitatis. ſ͛ q̄ ad pfectionem ſue cauſalitatis
qꝛ eius cauſalitas p̄cedit cauſalitatem cuiuſli
bet alterius cauſe. Ad tertiã dr̃ ꝙ ſufficit ad
hoc ꝙ finis ſit cauſa effectus realis ꝙ ſm ali-
quid eſſe ſit realis ⁊ nõ ſm eſſe ꝙ ipa eſt cauſa
Et hec de queſtione.

**Queritur quĩto. vtruꝫ diffe**
rentia quã ponit Ariſto. inter cãm
in actu ⁊ cauſam in potentia. ſ. ꝙ cã
in actu ſimul eſt ⁊ nõ eſt cuꝫ ſuo ef-
fectu. ſ͛ nõ cauſa in po° ſit ſufficiens. Dicit̃ pri-
mo ꝙ nõ 2 primuꝫ tribus inſtantijs. Prima
qꝛ filius eſt effectus in actu. ⁊ tamen ſit remanet
corrupto patre. Scḋa graue eſt motũ in actu
mouente corruptõ eſt. q̄ motũ eſt in actu mo-
uente nõ exiſte in actu. ⁊ ſimiliter eſt de lapide
proiecto ⁊ de rota acceptione ⁊ de quiete violen-
ta. Scḋo arguitur ſic. ſi cauſa in actu ſimul eſ-
ſet ⁊ nõ eſſet cũ ſuo effectu in actu ſequerentur
tria inconuenientia. Primũ ꝙ in primo motus
ceſſaret motus. Scḋo ꝙ de neceſſitate omnia
fierent vel eſſent. Tertia ꝙ oĩa pducibilia actu
eſſent. prima 2ña pꝫ. qꝛ ſi cauſa in actu effectus
eſt in actu. ⁊ ſi effectus ſit in actu ceſſat motus
Scḋa 2ña pꝫ. qꝛ ſi cauſa ſit in actu effectus ne
ceſſario eſt in actu. ⁊ ſic effectus neceſſario eſt
Tertia 2ña pꝫ qꝛ prima cauſa eſt ſemper cauſa
in actu omniũ pducibiliũ. q̄ 2tinuꝫ ipa eſt om
nia pducibilia ſunt. Tertio arguitur 2 ſm
qꝛ effectus in po° ⁊ cauſa in po° ſunt relatiua
ſm ſe. q̄ ad põe eſſe vnius ſequitur eſſe alterius
añs patet de calefactione ⁊ calefactibili. In op-
poſituꝫ eſt auctoritas philoſophi. In iſta que-
ſtione erũt tres articuli. Quantum ad primuꝫ

**Primo ſciẽduꝫ ꝙ de queſtione**
ſunt duo modi dicendi. Primus eſt Egidij et
ſuoꝝ ſequaciũ q̄ vidi bitur in 3° notabili. aliu-
eſt modus dicendi ſcoti q̄ ſtat in tribus ſuppo
ſitionibus. Prima duplex eſt relõ cauſalitatis
quedam eſt cauſalitas actualis a q̄ cauſa dici-
tur actualiter cauſans. ⁊ ſibi correſpõdet ex par
te effectus effectualitas actualis a qua effectus
dr̃ actualiter cauſatus. alia eſt cauſalitas potẽ
tialis que vocatur pp̄ue cauſatiuitas a q̄ cau
ſa dr̃ cauſatiua. ⁊ ſibi correſpondet ex parte ef-
fectus cauſabilitas a q̄ effectus dr̃ cauſabilis.
Scḋa ꝙ quelibet illaꝝ relationũ ſimul eſt ⁊ nõ
eſt cũ ſua correlatione. pbat. qꝛ bene ſequitur
cauſalitas eſt. q̄ effectualitas eſt. ſimiliter bñ ſe
quitur cauſatiuitas eſt. q̄ cauſabilitas eſt. Ter
tia quodlibet fundamentũ relationis ſimul eſt
⁊ nõ eſt ſm ꝙ hmõi cũ fundamento ſue corre
lationis. pꝫ qꝛ bene ſequitur cauſatiuũ eſt. er-
go cauſabile eſt. Ex iſto ſequitur ꝙ cauſaꝫ in ac
tu ſimul eſſe ⁊ non eſſe cuꝫ effectu in actu ⁊ non
cauſam in potentia non poteſt intelligi de rela
tionibus cauſalitatis. quia omnes ille ſunt ſi-
mul ⁊ non ſunt cum ſuis correlationibus.
Secundo ſequitur ꝙ illa differentia non po-
teſt intelligi de fundamentis ſecundum ꝙ fun
dant relationem. quia ſicut oportet ꝙ ſi illud.
quod actualiter fundat relationeꝫ cauſe in ac-
tu ſit. ita oportꝫ ꝙ illud qḋ fundat relationem
effectus in actu ſit. ita ſimiliter. ſi illud qḋ fun-
dat relationem cauſe in potentia ſit oportet ꝙ
illud quod fundat relationem effectus in potẽ

ria ſit. 3° ſequitur ꝙ iſta via debet intelligi de fundamento illaꝝ relationū vt fundāt illas relationes. put tñ ipa ꝯparātur ad effectum. ⁊ ſic cā in actu ſimul eſt ⁊ nō eſt cū effectu in actu. ſi illa tñ equiualet duabus ꝯditionalibus. quaꝝ prima eſt. ſi illud qđ fundat relationem cauſe ſit in actu ſit ens in actu. oportꝫ ꝙ illud quod fundat relationē effectus in actu eſſe ens in actu. 2ª ſi illud qđ fundat relationē in actu eē in actu nō ſit ens in actu. nec illud qđ fundat relationem effectus in actu eſt ens in actu. ſ cā in po^a nō ſimul eſt ⁊ nō eſt cū effectu in po^a ſi illa equiualeat duabus ꝯditionalibus. quaꝝ prima eſt ſi illud. qđ fundat relationem cāe in potentia ſit in actu exñs nō eſt neceſſe ꝙ illud qđ fundat relationē effectus in po^a ſit actu exñs. 3ª ſi illud qđ fundat relationē cāe in po^a non ſit in actu exñs nō eſt neceſſe illud qđ fundat relationem effectus in po^a nō eſſe actu exiſtens.

**Secundo ſciēduꝫ eſt ꝙ Ariſto.** in h° vltimo capitulo oñdit modos cauſaꝝ. ⁊ diuiditur in tres ptes principales. ⁊ intendit quinq; ꝯcluſiones. Prima modi cauſaꝝ ſunt multi numero. ſ principales ſunt multo minores. 2ª tāgit primā diuiſionē ⁊ eſt hec. Cauſaꝝ eiuſdem generis. quedā ſunt priores. Alie ſunt poſteriores vt medicus eſt artifex reſpectu ſanitatis. ⁊ h° pōt intelligi vel ſm ꝯmunitatē pdicationis vel ſm ꝯmunitatē cauſalitatis. 3ª tāgit 2ᵃᵐ diuiſionem ⁊ eſt hec. Cauſaꝝ eiuſdeꝫ generis quedā ſunt p ſe. vt ſtatue faciens eſt cauſa efficiens p ſe ſtatue. alie ſunt cauſe p accñs. vt policletus eſt cauſa p accñs efficiens ſtatue. qꝛ accidit ſtatuā facienti ꝙ vocet policletus. Et ſubdit ꝙ cauſaꝝ p accñs quedā ſunt ppinquiores vt muſicū qđ ineſt aie. ⁊ ſic ars faciendi ſtatuā. alie ſunt remotiores vt albū qđ ineſt corpori. Quarta tāgit 3ᵃᵐ diuiſionem ⁊ eſt hec cauſaꝝ eiuſdeꝫ generis quedā ſunt actuales. alie ſunt potentiales. ⁊ ſilr cauſata ſunt duplicia. quedam ſunt actualia ⁊ quedā ſunt potentialia. Quinta tangit 4ᵃᵐ diuiſionem ⁊ eſt hec cauſaꝝ eiuſdem generis quedam ſunt incomplexe. vt policletus tm̄ vel ſtatuifica. alie ſunt ꝯplexe. vt policletus ſtatuifica. In 2ª pte docet multitudinem iſtoꝝ modoꝝ ⁊ intendit talem ꝯcluſionem ꝙ cauſe priores ⁊ cauſe poſteriores per ſe ⁊ cauſe p accñs ⁊ cauſe ꝯplexe ⁊ incomplexe poſſunt multiplicari penes cauſam in actu ⁊ in potentia. Et ſubdit drīam inter cauſam in actu ⁊ cauſam in po^a ꝙ cauſe actuales ſingulares ſimul ſunt ⁊ nō ſunt cū ſuis effectibus actualibus ⁊ ſingularibus. vt hic medicus cū hoc ſanato. ⁊ h° edificans cū edificato. ſ cauſe potētiales nō ſimul ſunt ⁊ nō ſunt cū ſuis effectibus potentialibus vt nō ſimul corrūpuntur domus ⁊ edificator. Secundo ſubdit ꝙ in omni diſciplinis deriuatiuis oportet ſumere cām ſummā idest vltimā cām. In tertia pte principali ponit duas ꝓprietates cauſaꝝ. Prima cauſaꝝ ſingulariū effectus ſunt ſingulares ⁊ vniuerſaliū vniuerſales. vt ſtatuifica eſt cā efficiens ſtatue. Scđa cauſaꝝ in actu effectus ſunt in actu ⁊ cāꝝ in potentia effectus ſunt in potētia.

**Tertio ſciēduꝫ ꝙ circa hunc textum incidunt tres difficultates.** Prima vtruꝫ cauſa in actu ſimul ſit ⁊ nō ſit cum effectu. Ad hoc reſpondet Egidius cum ſuis ſequacibus ponendo duas diſtinctiones. Prima duplex eſt cauſa in actu. quedam eſt cauſa conſeruans. Alia eſt cauſa efficiens que producunt rem. in eſſe ⁊ primam rem productam conſeruant. Secunda diſtinctio duplex eſt effectus ipſius efficientis. quidam eſt immediatus ⁊ eſt ipſuꝫ fieri alius eſt mediatus. ⁊ eſt eſſe vel factum eſſe ipſius effectus. Ex his dicitur primo ꝙ cauſe materiales ⁊ formales actuales ſimul ſunt. ⁊ non ſunt cum ſuis effectibus actualibus. quia ſi formaliter actualiter informans ſit compoſitum eſt ⁊ materia actualiter informata ſit compoſitum eſt. Secundo ꝙ cauſa efficiens conſeruans ſimul eſt ⁊ non eſt cum ſuo effectu. quia ſi conſeruans eſt conſeruatum eſt. Tertio ꝙ cā efficiens producens per motuꝫ ſimul eſt ⁊ nō eſt cum ſuo effectu immediato ſcilicet cum ipſo fieri vt bene ſequitur domificans eſt. ergo fieri domus eſt. Quarto ꝙ cauſa efficiens producens per motum nō ſemp eſt ⁊ nō eſt cuꝫ ſuo effectu mediato ſcilicet cum ipa re. nō enim ſequitur domificans eſt. ergo domus eſt. Secūda difficultas vtrum finis ſit cauſa cauſarum. Pro ſolutione huius ponitur talis ſuppoſitio nobilitas cauſe nō debet ſumi ex parte iſtaruꝫ conditionum que ſunt intrinſecum vel extrinſecum. ſ ex pte prioritatis ⁊ independētie in cāalitate. Ex h° ſequit ꝙ finis eſt nobilior inter oēs cās qꝛ cālitas ipius pcedit cālitatē aliaꝝ cāꝝ nec depēdet ab aliis cauſis in cāndo. ſ alie dependent ab ea. Ex hoc dicitur ꝙ finis eſt cauſa cauſarum propter nobilitatem ſue cauſalitatis.



Tertia difficultas que iſtaꝝ cauſaꝝ ſit prior. Ad h° reſpondet Albertus ꝙ ſi ordo cāꝝ attēdatur penes ꝓpinquitatem ad cauſalitatē pmotiuam materie que eſt ſubiectuꝫ motus materia eſt prima. ⁊ forma que eam complet eſt ſcđa ⁊ efficiens a q̄ fluit motus eſt 3ª. ⁊ finis q̄ eſt terminus motus eſt q̄rta. ſ ſi ordo cāꝝ attendatur penes prioritatem cālitatis. ſic finis q̄ mouet efficiētē eſt prima. ⁊ efficiens q̄ diſpoīt mām eſt 2ª. ⁊ mā diſpoſita in q̄ introducat forma eſt 3ª. ⁊ forma q̄rta. ⁊ ſi ordo attendat ſm rōnē mouendi forma eſt prima. efficiens 2ª. finis 3ª. mā vltima. Quantū ad ſm articulū ponitur

**Cōcluſio reſponſalis· differētiā** quā ponit Ariſto. inter cām in actu. ⁊ cām in po^a eſt ſufficiens. ⁊ h° ſi itelligat ſm ſenſuꝫ datum in primo notabili. Et hec de ſecūdo. Quātum ad tertium articulum.

**Primo dubitat· vtruꝫ agentia** nālia ꝓparent māꝫ ad ſuſceptionēꝫ forme ⁊ nō pficiat ipam. De h° ſunt tres opiniones. prima eſt opinio Auicenne q̄ ortū hꝫ ab opiniōe platonis dicentis ꝙ ꝓpter merita materie dātur ſibi forme q̄ ſtat i duobus dictis. Primū ꝙ agentia nālia no agūt niſi in v̄tute primi mouentis. iō forme nāles nō inducūtur in mām niſi in v̄tute primi mouentis. 2ᵐ agens nāle diſponit mām ad ſucceſſionēꝫ forme ⁊ ipa diſpoſita v̄tute primi agentis introducat forma. 2ª opinio eſt pipatheticoꝝ q̄ ſilr ſtat i duobus dictis. Primū ꝙuis oīa agentia nālia agāt in virtute primi agentis tñ hñt ꝓpriā v̄tutem ⁊ actionēꝫ q̄ coadiuuat ⁊ ꝯſeruat ab ipo primo agente. 2ᵐ agentia nālia tā v̄tute ꝓpria ꝙ v̄tute primi agentis diſponūt mām ⁊ eā pficiūt introducendo formā. 3ª eſt opinio Alberti dicentis talem diſtinctionēꝫ ꝙ v̄tus primi mouentis pōt ꝯſiderari dupliciter. vno° ſm eſſentiā ⁊ ſic eſt eadē nō ſolū in primo agente ſ in ſecūdariis oibus alio° pōt ꝯſiderari ſm eſſe q̄tiqz ⁊ ſic eſt alia v̄tus primo mouentis in vno agente ſecūdario q̄ in alio. ⁊ ꝙ illa v̄tus ſm eſſe qđ hꝫ in h° agente dr̄ pficere mām introducendo formam iō nō ſolū debemus ꝯcedere ꝙ primū agens introducat formā. ſ etiā ſcđm agens in q̄ recipitur v̄tus primi mouentis introducat formā. que aūt iſtaꝝ opinionū ſit verior videbitur in ſequentibus dubiis.

**Secundo dubitat· vtruꝫ ſit aliqđ agens nāle mām pficiens.** Pro ſolōne huius dubii ponit talis diſtinctio. duplex eſt efficiens. quoddaꝫ eſt efficiens ꝓparans ſiue diſponens ⁊ eſt qđ ꝓparat ⁊ diſponit mām vt ſit apta ad ſuſcipiendū formā. Aliud eſt efficiens pficiēs. ⁊ eſt qđ v̄tute ꝓpria pducat formā in mā ſufficienter ⁊ vltimo diſpoſita. ſolet etiā poni alia efficientia. ſ. efficiens coadiuuās qđ iuuet ad diſponendū mām vel ad pducendū formā in mā. aliud eſt efficiens ꝯſeruās. ⁊ eſt illud quod dat ꝯſiliū de formatione forme vel de modo illius formationis. Et h° dicit tria. Primo ꝙ primū agens eſt bñ efficiens coadiuuās ⁊ diriges. qꝛ nullū agens ſecūdariū pōt agere niſi coagente primo mouente. 2° ꝙ agens primū nō eſt efficiens pficiens. qꝛ nō introducat immediate formā in mā. ſ bñ coagit ad pductionē ipius forme. 3° ꝙ agens nāle nō ſolū eſt efficiens diſponens ſ etiā pficiens mām. qꝛ v̄tute ⁊ actione ꝓpria pducat formā nālem in mā coagente tamen primo agente.

**Tertio dubitatur· vtruꝫ cauꝫ creationis aie rationalis ſit ſaluabilis vera ⁊ nālis** hoīs gñatio. pōt primo dici ꝙ nō. qꝛ hō eſt ſolū efficiens diſponens. ⁊ efficiens mām pficiēs neqꝫ hoīs formā pducens. pōt tñ ſaluari vera ⁊ nālis hoīs gñatio duobus modis. Primo ꝙ licet hō nō generet aiam rationalem. pducat tñ eius aiam vegetatiuā ⁊ ſenſitiuā. 2° qꝛ licet hō nō ꝯcurrat effectiue ad pductionem aie rationalis iā create ꝯcurrit tñ ad vnionē ex q̄ vnione reſultat forma totius. ſ. hūanitas. licet. n. homo nō pducat formā ptis. ſ. aiam rationalem. pducit tñ formā totius. ſ. hūanitatē vnīendo animaꝫ a primo agente pductā ipi corpori organico phiſico ⁊ cetera.

**Ad rationes ante oppoſitum·** Ad primā dr̄ ꝙ duplex eſt efficiens. ſ. ꝓpinquius ⁊ illud debet remanere in actu effectu remanente. Aliud eſt efficiens remotū huiuſmodi eſt pater reſpectu filii ⁊ generās reſpectu geniti ⁊ pijciens reſpectu pieci. ⁊ tale ſimul eſt et nō eſt cū ſuo effectu. Ad ſcđam dr̄ negando ꝯñam p qualibet parte. ⁊ ad ꝓbationem primo dr̄ ꝙ habitus effectu in facto eſſe ceſſat motus. ſ habitus ſolum effectu in fieri non ceſſat motus. Ad probationem ſecūde dicatur ꝙ hꝫ neceſſario nō dicat neceſſitatē ꝯñtis ſ neceſſitatem ꝯñtie. Ad tertiā dr̄ ꝙ prima cauſa nō ſemp eſt cauſa omniū in actu. immo aliqñ eſt ſolū cauſa in po^a reſpectu alicuius pducibilis. et

Scdo declarat ꝙ fortuna eſt ĩ qͥdam mõ ĩmmanifeſta rõni. qꝛ illud eſt immanifeſtũ rõni qḋ nõ põt a rõne ↄphẽdi. ſ fortũa nõ põt ↄphẽdi a rõne. Rõ.n.e coꝝ q̃ ſp̃ ⁊ frequẽter fiũt. for tuna aũt coꝝ q̃ fiũt p̃ter hᵉ. 2ᵒ qꝛ cauſe fortune ſunt infinite. nõ fortuna eſt infinĩ.s.⁊ p ↄñs rõñ ĩ immanifeſta. Ex hoc pꝫ ſolutio ad dubium.

**Tertio dubitat᷑ vtruꝫ diffinitio** fortune ſit ſufficiẽs. Ad ſoluendũ hᵒ dubiũ ſupponendũ eſt ꝙ Ariſto. in 3ᵃ pte hui⁹ capl'i tali oñdit modos fortune. Et primo mouet talem q̃ſtionẽ cũ aliqñ ex plurib⁹ cauſis p accñs proueniat effect⁹ fortuitus vt ſanitas a raſura capillorꝫ ⁊ a vento ⁊ a calore ſolis. Utrũ quelibꝫ talis cauſa dicat᷑ a fortuna. Iſtã queſtionẽ nõ ſoluit ſ dicit ꝙ quedã cauſaꝝ p accñs ſunt propinquiores cauſis p ſe. Ex hᵒ inſẽdit ꝙ ſi talis cauſa ſit remota cauſe p ſe. ſic ꝙ ex ea nõ ſit natꝰ pduci effect⁹ fortuit⁹ talis cã p accñs nõ debet dici fortuna. 2ᵒ determiat de q̃buſdam modis fortune. d. ꝙ bona fortuna ẽ a q̃ aliqͥd bonũ accidit. mala eſt a q̃ aliqͥd malũ accidit. Et ſubdit ꝙ bona fortuna vocat᷑ euſortunium. qñ eſt cũ multitudine bonitatis. ⁊ mala fortuna qñ eſt cũ multitudine mali vocat᷑ diſfortu⁹ ſi ſit prolixe. Et ſubdit ꝙ aliqͥs dr̃ infortunat⁹ ſi ſit pro pe hẽre vnũ magnũ bonũ ⁊ vitat caſus ꝙ nõ hẽat. illud aũt qḋ paꝝ deeſt nihil abeſſe videt᷑. 2ᵒ ſubdit ꝙ euſortuniũ eſt incertũ ſic fortuna. euſortuniũ aũt qḋ fortuna ẽ. ⁊ recapitulat diffinitionẽ fortune ex hoc pꝫ ſolutio ad dubiũ. Solutiones argumẽtoꝝ patent ex dictis.

**Ueritur ſeptimo vtruꝫ caſus ⁊ fortuna poſſint fieri incõtingẽti ad vtrũlibet.** Et arguit᷑ ꝙ nõ auctoritate ↄmẽtatoris ⁊ c⁹ rõnibus. Auctoritate c⁹ arguit᷑ ſic. qꝛ ↄmentator primo ↄpoſſe determinat ↄ̃ Auicen. qꝛ caſus ⁊ fortuna ſolũ fiũt incõtingenti raro. pbat ſic qꝛ te ſedere ⁊ te ſtare ſunt ↄtingẽtia ad vtrũlibet. ⁊ tñ non cõtingit te ſtare vel ſedere a fortuna. ğ fortuna nõ ſit in ↄtingenti ad vtrũlibet. Scdo arguitur rõne cõmentatoris. nulla cã actiua eſt ad vtrũlibet. ſ caſus ⁊ fortuna ſunt cauſe actiue. ğ nõ ſunt incõtingenti ad vtrũlibet. Tertio arguitur auctoritate phi q̃ diffiniendo fortunã dicit ꝙ fortuna ſit in his que in minori parte fiũt. cuiuſmodi ſunt ↄtingentia raro ⁊ nõ ↄtingentia ad vtrũlibet. ğ caſus ⁊ fortuna ſunt incõtingenti raro ⁊ nõ incõtingenti ad vtrũlibet.

In oppoſitũ arguit᷑ auctoritate phi in primo poſterioꝝ. ſic dicẽtis. Cõtingens aũt inq̃ eſt ꝙ ſic ⁊ nõ ſic poſſibile eſt fieri. vt aial ambulare. ⁊ ipſo ambulãte fieri terremotũ. ⁊ oĩo qḋ a caſu fit. nihil.n.eſt magis natũ ſic fieri ꝙ econuerſo.

**Primo ſciẽduꝫ ꝙ de queſtione** fuerũt tres opiniones. ſ. due extreme ⁊ vna media. Prima eſt Auicẽne aliq̃s diffinitiones priũs aſſignãtis. dicit.n. ꝙ neceſſariũ eſt quod nullũ habꝫ impedimentũ extrinſecũ. Cõtingẽs raꝝ eſt qḋ in plurib⁹ hꝫ impedimentũ extrinſecũ. Ex his dicit tria. Primũ ꝙ idẽ eſt neceſſariũ ⁊ ↄtingens reſpectu diuerſoꝝ. vt ſortẽ mori eſt neceſſariũ reſpectu volũtatis diuine efficientis. ⁊ hoc eſt neceſſariũ neceſſitate ↄ̃ñtie. ſ ſortem mori eſt ↄtingens reſpectu volũtatis regis. ⁊ ↄtingẽs etiã idem eſt ↄtingens vt in plurib⁹. ⁊ ↄtingens raro reſpectu diuerſoꝝ. vt lucrari eſt ↄtingens vt in plurib⁹ reſpectu mercatoꝝ. ⁊ tñ eſt contingens raro reſpectu luſoꝝ cũ taxillis. Scdo dicit ꝙ aliq̃ cauſa que eſt ad vtrũlibet eſt actiua. ⁊ pbatur ſic. qꝛ voluntas nr̃a eſt ad vtrũlibet. Tertio dicit ꝙ caſus ⁊ fortuna eſt cauſa actiua. ꝙ caſus ⁊ fortuna fiũt incõtingenti ad vtrũlibet. qḋ probat ſic. qꝛ phus excludẽs illa in quib⁹ nõ fiũt caſus ⁊ fortuna. nõ excludit ↄtingens ad vtrũlibet. ğ caſus ⁊ fortuna fiũt incõtingẽti ad vtrumlibet.

**Secundo ſciẽduꝫ pro expoſitione textus** ꝙ iſtud tertiũ capitulũ in quo phus oñdit differentiã inter caſum ⁊ fortunã diuidit᷑ in duas ptes. In prima ponit differentiã inter caſum ⁊ fortunã dicẽs ꝙ caſus differt a fortuna eo ꝙ caſus eſt in plus quã fortuna. qḋ probat. qꝛ quicq̃d fit a fortuna fit a caſu. ſed non econuerſo. ergo caſus eſt in plus quã fortuna. probat antecedens. qꝛ fortuna fit tñ in his q̃ fiũt ſcdm propoſitũ. ſ caſus fiunt etiã in illis que nõ fiunt ſcdm propoſitũ. Aſſumptũ probat primo ſic. ⁊ ſcdo exemplo. ratione primo ſic. qꝛ fortune ſit ſolũ in his in quib⁹ ↄcurrit bene ↄtingentia. ideſt bene agere. ſed bñ agere ↄtingit ſolũ in his que fiunt a propoſito. ergo fortuna ipſorum eſt in his que fiunt a propoſito. Secundo probat ſigno ſic. quia fortuna aut eſt felicitas. aut aliquid prope felicitatem. ſed felicitas eſt bonus actus qui ſolum fit in his que fiũt a propoſito. ergo fortuna fit



ſolũ in his que fiũt a propoſito. Ex hoc inſert q̃tuor correlaria. Primũ eſt in quibuſcũq; nõ conuenit operari a propoſito nõ ↄtingit in his aliq̃d fieri a fortuna. 2ᵒ infert ꝙ neq; inanimatũ neq; beſtie neq; infans aliq̃d faciũt a fortuna. Tertio infert ꝙ in his que propoſitũ non hñt nõ eſt bonũ fortuitũ niſi ſm ſimilitudinẽ quẽadmodũ quidã dicebat lapides ex quibus ſiũt are eſſe bene fortunatos qꝛ honorant᷑ alij vero pedib⁹ calcãtur. Quarto infert ꝙ illa que propoſitũ nõ hñt bene pñt pati a fortuna: qñ circa ipa fit aliq̃d a fortuna. Scdam partẽ aſſumpti pbat. ſ. ꝙ caſus fiat in alijs aialibus ppoſitũ nõ hñtibus ⁊ etiã inanimatis. ⁊ hoc pbat trib⁹ ſignis. Primũ eſt ſi equus veniat a campis ⁊ veniẽs ſaluat⁹ eſt hoc dicit fieri a caſu qꝛ nõ veniebat cauſa ſaluãdi ⁊ tñ hoc fit in his que ppoſitũ non hñt. ğ ſignũ eſt ꝙ caſus fit in his que ppoſitũ nõ hñt. Scdm ſignũ eſt ſi tripoda cadẽdo deorſum fiat ſedes. hoc erit caſu nõ enim cadebat vt ſedes fieret. ⁊ tñ hoc nõ fit a ppoſito. Tertiũ ſignũ qꝛ caſus grece vocat᷑ anthomatũ. qḋ idem eſt qḋ fruſtra. ğ reperitur in oĩbus illis in quib⁹ reperit᷑ fruſtra. ſ fruſtra reperitur tã in his que fiũt a ppoſito ꝙ̃ in illis que nõ fiũt a ppoſito. ğ ⁊ caſus. probat minorem. qꝛ fruſtra eſt qḋ fit p̃ter aliquẽ finẽ quem natũ eſt aſſequi ⁊ tñ nõ ↄſeq̃tur. vt ſi q̃s ambulat cauſa ſanitatis ⁊ tñ nõ ſanetur fruſtra ãbulare dr̃ ⁊ dr̃ quẽ natũ eſt aſſequi. qꝛ ridiculoſuꝫ eſt dicere ꝙ aliq̃s fruſtratur balneãdo ſ eo q̃ ſol nõ deficit. qꝛ balneare eſt cã effectus alteri⁹ quã ſolẽ deficere. In 2ᵃ pte phus ponit duas differẽtias inter fortunã ⁊ caſuꝫ ppꝛie dictũ. Prima eſt qꝛ caſus propꝛie dict⁹ fit ſolũ in agẽtibus ſm nãm. ⁊ fortuna fit ſolũ in agentib⁹ a propoſito. Scda differẽtia qꝛ fortuna eſt cauſa extrinſeca. caſus vero eſt cauſa intrinſeca. Cõſequẽter phus recapitulat predicta ibi.

**Tertio ſciẽduꝫ ꝙ circa hunc textum** incidũt tres difficultates. Prima eſt qualiter ſint ſaluabiles prima ⁊ ſcda differẽtie caſus ⁊ fortune. Rñdetur ꝙ ſimul ſunt ſaluabiles eq̃uocãdo de caſu. Caſus.n. ſumitur dupliciter. vnomõ gñaliter pro oĩ cauſa producẽte effectũ nõ intentũ ⁊ de caſu ſic capto intelligẽda ẽ prima differentia. aliomõ capitur caſus ſpecialiter pro nã vel agente nãli producẽte effectũ nõ intentũ ⁊ de caſu ſic accepto intelligẽda eſt 2ᵃ differẽtia ⁊ tertia. Scda difficultas eſt vtruꝫ inanimata beſtie ⁊ infantes aliq̃d faciãt a fortuna. Pro ſolutione hui⁹ difficultatis ſit hec diſtinctiõ. fortuna capitur dupliciter. vnoᵐ ꝓprie pro agẽte ſm ppoſitũ aliq̃d producẽte p̃ter intentũ. aliomõ ſumit᷑ cõmuniter ⁊ trãſumptiue pro q̃libet producẽte aliq̃d p̃ter intentũ. Ex his dicitur duo. Primũ ꝙ inaiata beſtie ⁊ infantes nihil faciũt a fortuna propꝛie dicta. pꝫ qꝛ nullũ iſtoꝝ eſt agens a propoſito cũ nõ habeãt intellectũ practicũ qui eſt rõ agendi ſm ppoſitũ de inanimatis ⁊ beſtijs notũ eſt. Infantes vero nõ habent vſum rationis. Tertia difficultas patebit in tertio notabili.

**Cõcluſio reſpõſalis caſus ⁊ fortuna fiũt in ↄtingenti ad vtrũlibet.** patet qꝛ caſus ⁊ fortuna poſſunt fieri illis que fiunt extra ſemp ⁊ frequẽter huiuſmodi ſunt cõtingentia ad vtrumlibet.

**Primo dubitatur vtruꝫ fortuna ſit cauſa extrinſeca.** Pro ſolutione huius dubij ſit hec ſuppoſitio. fortuna nõ eſt aliud niſi intellectus practic⁹. caſus vero nõ eſt aliud quã natura. Scdo ponitur talis diſtinctio aliquã eſſe intrinſeca vel extrinſeca põt dupliciter intelligi. ſ. reſpectu agentiũ vel pacientium: Primoᵒ tã caſus quã fortuna eſt cauſa intrinſeca. Scdomõ fortuna eſt cauſa extrinſeca. q̃a nõ eſt in paciente ſ in eo qḋ agit fortuite. nõ eſt aũt idem qḋ agit ⁊ patitur a fortuna. ſ caſus eſt cauſa intrinſeca. qꝛ caſus nõ eſt aliud quaꝫ natura. ⁊ eadẽ nã poteſt eſſe principiũ actiuum ⁊ paſſiuum motus ⁊ agere ⁊ pati a caſu ⁊c̃.

**Secundo dubitatur vtrum caſus ⁊ fortuna ſolũ fiunt in cõtigenti raro.** Pro ſolutione hui⁹ dubij ponitur opinio commẽtatoris ↄ̃ Auicennã. qui primo ponit diffinitionem neceſſarij dicentis. Neceſſariũ eſt illud cuius nõ eſt potentia ad deficiendũ. ſ ↄtingens eſt illud cui⁹ eſt potentia ad deficiendũ. Ex hoc infert primo ꝙ neceſſariũ nõ bene diffiniebatur ab Auicenna. probat qꝛ neceſſarium ex nã ſua eſt neceſſarium. ğ quocũq; extrinſeco remoto adhuc erit neceſſariũ. Secundo infert ꝙ nõ eſt poſſibile aliq̃d eſſe neceſſariũ reſpectu vnius ⁊ ↄtingens reſpectu alteri⁹. quia tũc ideꝫ haberet potentiam ad deficiendum. ⁊ non haberet potentiã ad deficiendũ. 3ᵒ infert ꝙ idem nõ eſt ↄtingens vt in plurib⁹ ⁊ raro. qꝛ ille hñs

rōnes form ales formaliter oppoſitas Quarto infert ꝙ nulla cā ad vtrūlibet eſt actiua. pȝ qꝛ vel actiua vniꝰ oppoſitorū tm̄. ⁊ tūc eſſet determinata ad vnū. ⁊ tūc nō eſſet ad vtrūlibet. vel eſſet actiua vtriuſqꝫ ⁊ ſic oppoſita ſimul eſſent in eodē. vel nulliꝰ ⁊ tūc nō eſſet actiua. Ex hoc infert ꝙ caſus ⁊ fortuna nō pñt fieri in ꝯtingēti ad vtrūlibet qꝛ caſus ⁊ fortuna ſunt cauſe agētes q̄ nō reperiūtur in ꝯtingēti ad vtrūlibet vt pbatū eſt. Ex hº rñdet ad duꝰ ꝙ caſus ⁊ fortuna ſoꝰ ſūt in ꝯtingēti raro. hº ſatꝭ pȝ ex dictꝭ

Tertio dubitat· vtrum caſus et fortuna ſūt in vtroqꝫ. ſ. in cōtingenti raro. ⁊ ad vtrūlibet. Pro ſolōe huiꝰ dubij ponit̄ vna opinio media inter Auicēnā ⁊ ꝯmentatorē. q̄ ſtat in q̄ttuor dictis. Primū dictū. nō eſt poſſibile idē eē ſimplr̄ neceſſariū reſpectu vniꝰ et ꝯtingēs reſpectu alteriꝰ. eſt tn̄ poſſibile idē eē neceſſariū ſm̄ q̄d ⁊ neceſſitate ꝯñe reſpectu vnius tm̄. ⁊ eē ꝯtingēs ꝯtingētia illi neceſſitati oppoſita reſpectu alteriꝰ. prima ps huiꝰ dicti per rōnē ꝯmētatoris. 2ª ps pȝ p rōnē Auicenne. 2ꝰ dictū eſt ꝙ nō eſt poſſibile idē ſimplr̄ eē ꝯtingēs vt in plurībꝰ et ſimplr̄ eē contingens raro reſpectu diuerſorum eſt tamen poſſibile idē reſpectu vniꝰ eē ꝯtingēs vt in pluribꝰ ⁊ reſpectu alteriꝰ hēre ſimilitudinē ꝯtingētis raro. 3ꝰ dictū eſt nulla cā nālis totalis actiua eſt ad vtrūlibet. ſ; bñ aliq̄ nālis cā partialis actiua. ⁊ etiā ōis cā volūtaª eſt ad vtrūlibet. qđ intelligendū eſt añ actuale agere. Quartū dictū eſt ꝙ caſus ⁊ fortuna ſūt in vtroqꝫ ꝯtingēti ſepiꝰ tn̄ ꝯtingēti raro. hˀ ōia patēt ex dictꝭ. Ex dictis etiā pȝ ſolutio rōnū ad vtrāqꝫ partem

Uerū octauo· vtruȝ fatuȝ imponat neceſſitatē rebꝰ fatatis nō. Primo arḡ ꝯ ſuppoſitū ꝙ fatū non ē ponēdū pȝ auctoritate Gregorij ſic dicētis Abſit aūt a fideliū cordibꝰ ꝙ fatū aliqđ eē credat 2º arḡ ꝯ queſitū. oē fatatū eſt neceſſariū nō ꝓpter aliud ꝙ ꝓpter fatū. ḡ fatū impoīt rebus fatatis neceſſitatē. pȝ añs qꝛ bñ ſeq̄tur. hº eſt ꝓſatū ſeu fatatū a deo. ḡ hoc erit. añs eſt neceſſariū. ḡ ⁊ ꝯñs. Et ꝯfirmat̄ auctoritate ſenece dicētis. fatū eē diſpoſitionē reꝝ quā nulla vis dirūpere pōt. 3º ſic. fatatū neceſſario eueniet ḡ fatū imponit neceſſitatē in rebꝰ fatatis. añs pȝ qꝛ vel vtraqꝫ pars ꝯdictionis eſt fatata. ⁊ ſic due ꝯdictorie erūt ſimul vere. vel neutra eſt fatata ⁊ ſic due ꝯdictorie erūt ſimul falſe. vel altera tn̄ eſt fatata. ⁊ ſic reliq̄ nō poterit eē fatata aliter deꝰ eēt mutabilis ⁊ fallibilis ⁊ p ꝯñs illa res que erit fatata neceſſario eueniet ⁊c. In oppoꝰ arguit̄ qꝛ ſi fatū imponeret neceſſitatem rebꝰ ſequeret̄ ꝙ nō oporteret nos ꝯſiliari neqꝫ negociari. ſ; oīa euenirent de neceſſitate.

Primo ſciēduȝ ꝓ declaratione terminoꝝ q̄ſtionis ſunt ponēde aliq̄e ſuppoſitiones. q̄ꝝ prima eſt hec. fatū eſt cā fatati et fatatū eſt cāꝰ effectꝰ. 2ª duplices ſunt effectꝰ. quidā vȝ q̄ immediate a deo ꝓducuntur ſicut illa q̄ ꝓducūtur p creationē. alij ſunt q̄ ꝓducūtur a deo mediātibꝰ cauſis ſcdīs. ſicut deꝰ mediante ſole ⁊ hoīe generat hoīem. 3ª q̄ñcūqꝫ aliq̄s effectus ꝓducit̄ a deo mediātibꝰ cauſis ſecūdis oꝫ illas cās ſcdas hēre certū ꝯcurſuꝫ ⁊ ordinē anteq̄ ꝓducāt talē effectū. Quarta oīs ꝯcurſus ſecūdaꝝ cauſaꝝ eſt a deo p̄cauſus ⁊ p̄ſciꝰ. Ex q̄ ſeq̄tur primo ꝙ fatū eſt aliq̄d cū ſit ſ. cā fatati. 2º ſeq̄tur ꝙ fatatū eſt aliq̄d. dr̄. n. fatatū reſſatare fatū. ⁊ fatatuȝ fato fatatū. 3º ſeq̄tur ꝙ fatū nō eſt ipē deꝰ ꝓuidens ꝯcurſum ſcdaꝝ cāꝝ. nec eſt ille eē ſcde. ſ; eſt ꝯcurſus ſecūdaꝝ cāꝝ ꝓuiſus ita ꝙ de ſuo materiali ponat illū ꝯcurſum ſecūdaꝝ cāꝝ. ⁊ de formali vero dicat illū ꝯcurſum eē ꝓuiſum ⁊ p̄ſcituȝ a deo. Quarto ſeq̄tur ꝙ fatū eſt ordinatio ſecūdaꝝ cāꝝ ad effectus diuiniꝰ ꝓuiſos. ⁊ fatatuȝ ē ille effectꝰ ꝓuiſus. Ex hoc ſeq̄tur ꝙ fatū nō imponit rebꝰ fatatis neceſſitatē. qꝛ fatū nō eſt niſi ꝯcurſus ſecūdaꝝ cāꝝ ꝓuiſus a deo. ſ; talis concurſus eſt ꝯtingēs. ḡ nō imponit neceſſitatē rebus fatatis abſolutā. ſ; bñ neceſſitatē ꝯñe ſeu ꝯditionatā. Iſta. n. ꝯña eſt neceſſaria. hoc eſt fatatū ḡ erit. huiꝰ tn̄ ꝯñe tam añs quā ꝯñs eſt ꝯtingēs. Cōſequenter ſeq̄tur ꝙ fatū ſolum eſt in deo cauſaliter ⁊ principatiue. In cauſis vº ſecūdis eſt fundamētaliter ⁊ ſubiectiue. Ultra ſeq̄tur etiā ꝙ fatū etiā eſt tātū vnū cauſaliter ⁊ principatiue. ſ; eſt plura eſſentialiter ⁊ entitatiue. Ulteriꝰ ſeq̄tur ꝙ quecūqꝫ ꝓducūtur a deo mediantibꝰ cauſis ſecūdis cadunt ſub fato. ita ꝙ omnia talia ⁊ ſola ſimilia fatata dicuntur.

Secundo ſciēduȝ ꝙ iſtud quartuȝ capitulū huiꝰ ſecūdi in quo phus oñdit ad qđ genꝰ cauſe reducūtur caſus ⁊ fortune diuiditur in tres ꝑtes. In prima intēdit talē ꝯcluſionem. Caſus ⁊ fortuna reducūtur ad cauſas agentes. pȝ qꝛ reducūtur ad nām ⁊ ad intellectum q̄ ſunt cauſe agētes. In 2ª ꝑte intēdit talem ꝯcluſionē. Caſus ⁊ fortūa ſunt cauſe poſteriores intellectu ⁊ nā. pȝ qꝛ caſus ⁊ fortuna ſunt cauſe p accñs. intellectꝰ vero ⁊ nā ſunt cauſe p ſe. ſ; in hīs cā p accñs eſt poſterior cauſa per ſe. In 3ª ꝑte infert tale corrolariū. caſus ⁊ fortuna nō ſunt cauſa celi. ꝓbat phus tripliciter. Primo qꝛ tūc aliq̄e cauſe eſſent priores cauſa celi. 2º qꝛ tūc intellectꝰ ⁊ nā prius cauſarent alia q̄ celi. 3º qꝛ caſus tūc eēt cauſa totius vniuerſi

**Secundo dubitat vtruz eadez** vnitas requirat ad vnitatē numeralē motus ⁊ ad ei⁹ ꝯtinuitatē. Ad ſoluēdū h° du⁹ ē ſupponendū ꝙ Ariſto. in 3ᵃ pte hui⁹ capituli oñdit ꝙ ad vnitatē numeralē mot⁹ requiruntur iſta tria. ſ. vnitas tpis. vnitas mobilis. ⁊ vnitas termini ad quē. h° pbat ꝙ iſta tria requirunt ad ꝯtinuitatē mot⁹. ſ; ad ei⁹ vnitatē. tꝫ ꝯña. qꝛ oēz motū vnū neceſſe ē eſſe ꝯtinuū. ſi. n. aliq̄s motus ſit vn⁹ erit ꝯtinu⁹. h° pbat qꝛ ꝯtinua ſunt q̄rū vltia ſunt vnū. iō nō ois mot⁹ ē ꝯtinu⁹ omni motui. ſ; ſolū illi motui q̄ ē ille mot⁹ vn⁹. vltima. n. linee ⁊ ābulatiōis nō ſunt vnū. Ex hoc infert ꝙ mot⁹ gñe aut ſpē dñtes nō ſunt cōtinui ſ; habiti. Currēs. n. aliq̄s ſtati febricitabit. añs p 3ᵃ pte pbat. ſ. ꝙ ad ꝯtinuitatē mot⁹ requirit vnitas termini ad quē. qꝛ ꝯtinua ſunt q̄rū vltia ſunt vnū. iō illi mot⁹ q̄ꝝ vltia nō ſunt vnū nō ſunt ꝯtinui. ſ; habiti aut ꝯñter ſe hñtes 2° pbat ꝙ req̄rat ꝯtinuitas tpis qꝛ ſi i tpe iter ſit imobilitas. i. q̄es. tūc mot⁹ nō erit ꝯtinuus illi. n. mot⁹ nō ſunt vn⁹ q̄ꝝ ē q̄es iter media. iō ſi tp̄s iterrūpat mot⁹ nec erit vn⁹ nec ꝯtinuus.

**Tertio dubitat· vtruz mot⁹ perfect⁹** ſit magꝭ vn⁹ q̄ mot⁹ impfect⁹. Ad ſoluēdū h° du⁹ eſt ſupponendū ꝙ Ariſto. in h° vltimo ca° huius tractatus determinat de vnitate



accñtali ipſius mot⁹. ⁊ intēdit q̄ttuor ꝯcluſiões Prima mot⁹ pfectus eſt magꝭ vnus motu īpfecto. h° pbat qꝛ in oībus alijs illud qđ ē magis pfectū eſt magꝭ vnū· g̃ ſilr̄ i motu. añs pꝫ qꝛ illud qđ eſt magꝭ pfectū magꝭ hꝫ rōnem totius. g̃ ⁊ vni⁹. tꝫ ꝯña. qꝛ to⁹ ⁊ pfectū habēt rōnem vni⁹. ⁊ ſubdit ꝙ mot⁹ impfect⁹ debꝫ dici vnus ſi ſit ꝯtinuus. 2ᵃ ꝯ° mot⁹ regularis eſt magꝭ vnus q̄ irregularꝭ. pbat qꝛ motus irregularꝭ eſt magꝭ diuiſus. videt. n. differre ſcđm magꝭ ⁊ minus. ſ; motus regularꝭ eſt magꝭ indiuiſus. g̃ ⁊c. 3ᵃ ꝯ° due ſunt cāe irregularitatis motus. Prima cā eſt irregularitas ſpatij. impoſſibile eſt. n. motū eſſe regularē in irregulari magnitudine vt mot⁹ refleꝑ aut obliq̄. 2ᵃ cā irregularitatꝭ eſt diuiſa velocitas ⁊ tarditas mobilis. iō mot⁹ terre ad ipām. ⁊ motus ignis ad ipm ſunt irregulares. ſunt. n. velociores in fine q̄ in prin°. Quarta ꝯ° tāgit q̄ttuor correlaria. primū velocitas ⁊ tarditas nō ſunt dñe motus. qꝛ ſequnt mot⁹ ſpecie dñtes. 2⁹ velocitas ⁊ tarditas nō ſunt idez ꝙ g̃uitas ⁊ leuitas qꝛ g̃uitas ſolū repitur in motu deorſum leuitas vero ſolū in motu ſurſuz. velocitas autez ⁊ tarditas in oī motu. 3⁹ nulli mot⁹ q̄ ſunt ad termios ſpē diſtictos pñt ad inuicē ꝯtinuari. pꝫ qꝛ dñā ſpecie nō pñt ad inuicē ꝯtinuari. Quartū mot⁹ eodem mō eſt vn⁹ quō eſt ꝯtinuus. ſi vo ſm rē ſit vn⁹ ſm rē eſt ꝯtinuus. ſi vero ſolū ſit vn⁹ ſm apparentiā ſicut eſt mot⁹ refleꝑus eſt etiā ꝯtinuus ſm apparentiā.

**Ad rōnes ante oppoſitum·** Ad primā dr̄ ꝙ nō implicat ꝯdictionē motū realiter exiſtere ſine mobili tpe ⁊ termio ad quē. iđo motus nō eſt vn⁹ vnitate intrinſeca ⁊ entitatiua ab ipis. ſ; ſine eis nō pōt eſſe vn⁹ vnitate extrinſeca ⁊ ꝯtinuatiua interruptioni oppoſita ſic ꝙ ſine eis nō ſit interrupt⁹. Ad 2ᵃᵐ dr̄ negādo añs cū ſua pbatiōe. ſecluſo. n. q̄cunq; ſubo accidēs hꝫ verā vnitatē numeralē. ppriā a dñā i diuiduali. Ad 3ᵃᵐ dr̄ negādo añs. ad pbationē. n. dr̄ ꝙ forſan illo caſu poſito mot⁹ non eſt vnus numero. vel ſaltē primū mobile illius motus nō eſt ꝯpoſitū ex aīa ⁊ corpe canis ſ; eſt corp⁹ ꝯpoſitū ex mā ⁊ forma mixti qđ eſt altera pte ipius canis ꝯpoſiti. ⁊ ꝙ remanet vnuz ⁊ idem numero in cane viuo ⁊ corrupto. iđo ſicē mobile primū eſt vnū numero. ſic etiā motus ille eſt vnus numero. Ad ꝯfirmationē dr̄ ꝙ pcedit de termio ad quē ptiali ⁊ incōpleto ⁊ nō de termio ad quē totali ⁊ ꝯpleto cui⁹ numeralis vnitas requiritur ad vnitatem numeralem motus. Et hec de queſtione.

**Queritur tertio· vtruz motus** ꝯriet motui ⁊ quies q̄eti. Et arguit primo ꝙ nō. qꝛ mot⁹ ꝯriat quieti. g̃ motus nō ꝯriat motui. tꝫ ꝯña. qꝛ tm̄ vnū vni eſt ꝯriū. Arguit 2° quies nō dicit aliq̄ entitatē poſitiuā ſ; ſolū priuationē motus. igit nō ꝯriat motui. Arguit 3° due q̄etes ſunt due entitates pure priuatiue. igit nulla ſpē oppōis opponitur. ⁊ p ꝯñs nō opponūtur ꝯrie. In oppo⁹ eſt auctoritas pħi. In queſtione erūt tres articuli. Quantū ad primū.

**Primo ſciēduz eſt p declaratio**ne termioꝝ q̄ſtionis ponūtur due diſtinctiões Prima ꝯrietas pōt capi duplr̄. vno° ſpecialr̄ p repugnātia duaꝝ formaꝝ poſitiuaꝝ mutuo ſe expellentiū ab eodē ſubo. ⁊ talis ꝯrietas hñ repitur in motib⁹. alio° pōt capi ꝯrietas p repugnātia q̄cunq; ſe hñtiū p modū priuationis ⁊ hitus ⁊ talis ꝯrietas repitur inter motū ⁊ q̄etem. 2ᵃ diſtin° mot⁹ capit duplr̄. vno° mālīter ⁊ p denolato. ⁊ ſic nō eſt aliud q̄ forma fluēs i motu. alio° capit formalr̄ ⁊ pſignificato. mot⁹. n. ſignificat mutationē paſſiuā q̄ non eſt aliud q̄ reſpect⁹ ipius mot ad mouēs. Ex his ponūtur aliq̄ ſuppōnes. prima inter entitates reſpectiuas nō eſt ꝯrietas formalis ſ; ſoluz extrinſeca. ſ. terminatiua vel fundamētalis. relationes. n. ſolū ꝯriātur rōne ꝯrietatis fundamētoꝝ aut termioꝝ. 2ᵃ ppō inter entitates poſitiuas ⁊ abſolutas ab eodē ſubo mutuo ſe expellētes, eſt ꝯrietas formalis ⁊ entitatiua. entitates. n. taliū formaꝝ abſolutaꝝ ſunt ꝯrie. Ex iſtis ſequit primo ꝙ vn⁹ mot⁹ formalr̄ captus nō ꝯriat alteri motui formalr̄ capto ſaltē ꝯrietate intrinſeca ⁊ formali ſaltē cū ſint entitates reſpectiue. 2° ſequit ꝙ vn⁹ mot⁹ mālīter captus ꝯriat alteri motui mālīter capto ꝯritate intrinſeca ⁊ formali. forme aūt fluentes in ꝯrijs motibus ſunt ꝯrie. 3ᵃ ppoſitio quies nō dicit entitatē aliq̄ poſitiuā ſ; ſolū dicit carentiam motus in ſubo apto nato habere motum.

**Secundo ſciēduz eſt ꝙ iſte tertius** tractat⁹ in q̄ Ariſto. determinat de ꝯrietate motuū diuidit in tria caᵃ. in primo oñdit motū ꝯriari motui. ⁊ diuidit in tres ptes. In prima intēdit duas ꝯcluſiões. prima ꝯᶜ tāgit itētū ⁊ eſt hec. Determinādū eſt q̄liter motus eſt ꝯrius motui. ⁊ motus ꝯrietur q̄eti ⁊ q̄es q̄eti.

2ª ꝯcludit vnã ꝯcluſionē hñtē quīꝗ ptes. Pri-
ma vtꝝ motꝰ q̄ ē ex eodē ſit ꝯrīus motui q̄ eſt
in idē. vt motꝰ q̄ ē ex ſanitate ei q̄ eſt in ſanita-
tem vt gñatio corruptioni. 2ª vtꝝ motꝰ qui
ſunt ex ꝯrijs terminis a q̄bus ſint ꝯrij. vt mo-
tus q̄ eſt ex ſanitate ſit ꝯrīus ei q̄ ē ex egritudīe.
3ª vtꝝ motꝰ q̄ ſunt ad ꝯrīos termīos ad q̄s
ſint ꝯrij vt ille q̄ ē ad ſanitatē ſit ꝯrīus ei q̄ eſt
ad egritudinē. Quarta vtꝝ motꝰ q̄ ē ex ꝯrīo ſit
ꝯrīus motui q̄ ē in ꝯrīū. vt ille q̄ ē ex ſanitate ei
q̄ eſt ī egritudinē. Quīta vtꝝ motꝰ q̄ ē ex ꝯrīo
in ꝯrīū ſit ꝯrīus ei q̄ ē ex ꝯrīo primi in ꝯrīū ſcd̄i
vt ille q̄ ex ſanitate in egritudinē ei q̄ ē ex egri-
tudine in ſanitatē. Et ſubdit ꝙ ſi motꝰ debeāt
eſſe ꝯrij. neceſſe ē vt ꝯrient vnoº iſtoꝝ modoꝝ
aut ſm plures. nō. n. poſſibile ē aliter ſumere ꝯ-
trarietatē in motibꝰ. In 2ª pte primo poīt treſ
ꝯcluſiões negatiuas. 2º vnã affirmatiuã. ⁊ 3º
vnã aliã negatiuã. Prima ꝯº motꝰ q̄ ē ex ꝯ-
trio nō ē ꝯrius ei q̄ ē in ꝯrīū. pbat exº ⁊ rōne.
Exēplo ſic. motꝰ q̄ ē ex ſanitate nō ꝯriaꝭ ei q̄ ē
in egritudinē. rōne ſic. qꝛ ē vnꝰ ⁊ idē motꝰ q̄ ē
ex ſanitate ei q̄ ē in egritudinē. eſſe aūt ipſoꝝ al-
teꝝ ē. alteꝝ. n. ē mutari ex ſanitate. ⁊ alteꝝ muta-
ri in egritudinē. 2ª ꝯº motꝰ q̄ ē ex ꝯrīo nō ē
ꝯrius ei q̄ ē ex ꝯrīo. pbat dupl'r. Primo qꝛ poſ-
ſibile ē mutari ex duobꝰ ꝯrijs in idē meᵒ. 2º
qꝛ ꝯrietas motuū magis ſumēda eſt penes ter-
minos ꝯrīos ad q̄s ꝙ penes terminos ꝯrīos a
quibꝰ. ſ ſola ꝯrietas terminoꝝ ad q̄s. nō ſuffi-
cit ad ꝯrietatē motuū. g̃ nec ſola ꝯrietas termi-
noꝝ a q̄bus. maioꝛ ē pbat. qꝛ vnuſquiſꝗ mo-
tuū magis denoiatur a termino ad quē ꝙ a ter-
mino a q̄. vt ſanitio dr̄ motꝰ in ſanitatē. ⁊ egrota-
tio dr̄ motꝰ in egritudinē. 3ª ſola ꝯrietas ter-
minoꝝ ad q̄s. nō ſufficit ad ꝯrietatē motuū. qꝛ
ꝯtingit termīos a q̄bus nō ꝯriari eo ꝙ ex eodē
medio pōt fieri motꝰ in duo ꝯria. Quarta ꝯrie-
tas motuū ſumiꝭ penes ꝯrietatē terminoꝝ tā
a q̄bus. ꝙ ad q̄s. pbat pꝰus dupl'r. ſ. rōne ⁊ i-
ductione. rōne ſic qꝛ mutatio p ſe differt a mo-
tu eo ꝙ motꝰ ē ex ſubō in ſubm. i. ex ꝯrīo in ꝯri-
um. g̃ motꝰ q̄ ſunt ex ꝯrijs in ꝯria ſunt ꝯrij. 2º
pbat inductiōe ſic. egrotari. n. ꝯriaꝭ ipi ſanari
⁊ addiſcere ei qđ ē decipi. ⁊ motꝰ ſurſū motui d-
orſū. hec. n. ꝯria ſunt in lōgitudinē. ⁊ motui q̄
eſt ad dextrū ei q̄ ē ad ſiniſtrū qꝛ ꝯria ſunt in la-
titudine ⁊ q̄ ē ab añ ei q̄ ē ad retro. qꝛ hec ꝯria
ſunt ſm pfunditatē. Quīta motꝰ q̄ ē ex eodē
nō ē ꝯrius ei q̄ ē in idē. ſ ē mutatio ꝯria vt ge-
neratio corruptioni ꝯria ⁊ remotio acceptioni

hec aūt ſunt mutatiōes ⁊ nō motꝰ. In 3º p-
te intēdit talē ꝯcluſionē. motꝰ q̄ ē ex ꝯrīo ī me-
diū ꝯriaꝭ motui q̄ ē ex medio in ꝯrīū. qꝛ meᵒ
eſt q̄dāmmō vltimū. iō ꝯriaꝭ q̄dāmō vtri-
ꝙ extremoꝝ. Ex hº ꝯcludit principalē ꝯcluſio-
nem ꝙ motus q̄ eſt ex ꝯrīo in ꝯrium ꝯriaꝭ mo-
tui qui eſt ex ꝯrīo primi in ꝯrium ſecundi.

Tertio ſciēdū ꝙ Ariſto. in ſecū-
do caº oñdit q̄liᵒ motꝰ ꝯriaꝭ q̄eti. ⁊ diuidiꝭ in
duas ptes. In prima intēdit talē ꝯcluſionē
motꝰ nō ſolū ꝯriaꝭ motui ſ etiā q̄eti. hº pbat.
qꝛ motꝰ ſimpl'r ꝯriaꝭ motui. quies vō priuati-
ue opponiꝭ motui cū ſit priuatio q̄dā. 2º mo-
uet vnã dubitationē q̄ ē hec. q̄lis quies ꝯriaꝭ
motui. ſoluit ꝙ motui q̄ ē ſm locū ꝯriaꝭ quies
q̄ ē ſm locū. 3º mouet aliã magis formaliter
⁊ ē hec. vtꝝ motꝰ ꝯriēt q̄eti ſub termino q̄ ē mo-
tus aut q̄eti q̄ ē in vltimo termīo ad quē. Sol-
uit ⁊ dicit ꝙ oīs motꝰ ē inter duos termīos ꝯ-
trios. ⁊ capit denoiationē a termīo ad quē. iō ꝯ-
triaꝭ q̄eti in termīo a q̄. In 2ª pte intēdit talē
ꝯcluſiōnē. q̄es in termio a q̄ ꝯriaꝭ q̄eti q̄ ē i ter-
mino ad quē. pbat qꝛ motꝰ q̄ ſunt inter termi-
nos ꝯrīos ſunt ꝯrij. g̃ ⁊ quietes q̄ ſunt in ipis ter-
minis ſunt ꝯrie. ꝫ ꝯña. qꝛ incōueniēs ē ꝙ mo-
tus ſint ꝯrij ⁊ q̄etes nō ſint oppoſite. vt irratio-
nabile ē ꝙ q̄es in ſanitate nō ꝯriēt q̄eti in egri-
tudine. ⁊ tñ motꝰ q̄ ē ex egritudine in ſanitatē.
ꝯriaꝭ motui q̄ ē ex ſanitate in egritudinē. In
3ª pte oñdit q̄liᵒ ē ſumēda ꝯrietas in mutatio-
nibꝰ. ⁊ intēdit duas ꝯcluſiōes. Prima ē. ille
mutatiōes ſunt ꝯrie q̄ꝝ terminꝰ a q̄ vnꝰ eſt ter-
minꝰ ad quē alterꝰ. vt corruptio q̄ ē in nō eſſe
ꝯriaꝭ gñationi q̄ ē in eſſe. 2ª ꝯº mutationi nō
ꝯriaꝭ quies ſ imutatio. Cōſequēter mouet cir-
ca hº vnã dubitationē. qꝛ imutatio ꝯriaꝭ mu-
tationi. ⁊ imutatio ē quies. g̃ vel q̄es nō ꝯriaꝭ
motui vel gñatio ⁊ corruptio ſunt motus. Sol-
uit ꝙ ſicut gñatio ⁊ corruptio nō ſunt motus. ſ
mutatiōes. ita imutatio eis oppoſita nō dꝫ di-
ci quies. Et hec de primo. Quantum ad ſm

Cōcluſio rñſalis motꝰ ꝯriaꝭ mo-
tui ⁊ quies quieti. Hec ꝯº ſatis patꝫ ex textu.

Primo dubitaꝭ. vtrum in aliis
motibꝰ reperiātur ſm nãm ⁊ ex nãm ſicut in mo-
tu locali. Ad ſoluendū hº dubꝰ ē ſupponēdū
ꝙ Ariſt. in 3º caº huiꝰ tractatꝰ mouet aliq̄s
dubitatiōes. ⁊ diuidiꝭ in tres ptes. In prima
mouet talē dubitationē. q̄re imutatiōe ſm lo-
cū ſunt ꝯrietates ſm nãm ⁊ ex nãz ⁊ nō ī aliis



motibꝰ. nō ē. n. aliq̄ alteratio ſm nãz. alia vō
ex nãm. nihil. n. magis ſanatio aut egrotatio eſt
ſm nãm aut ex nãm neꝗ ablatio neꝗ denigra-
tio. ſil'r aūt ⁊ in augmētatio ⁊ decremēto. aug-
mēto. n. ſm nãm nō ꝯriaꝭ augmentū ex nãm.
⁊ ē eadē rō in gñatiōe ⁊ corruptiōe. gñatio. n.
nō eſt ſm nãm. ⁊ corruptio ex nãz. ſeneſcere. n.
ſm nãm ē. neꝗ videmꝰ gñationē aliq̄ eſſe ſm
nãm. aliã vō ex nãz. Soluit q̄ſtionē ꝙ ſi ex na-
turã ſit idē qđ violentū tūc corruptio q̄ ē vio-
lēta ē ex nãm. ⁊ ꝯriaꝭ corruptioni q̄ ē ſm nãm.
a ſr quedã ſunt gñationes violēte ⁊ non fatate
quibꝰ ꝯrie ſunt gñationes ſm nãm. ſil'r q̄dā
augmēta ⁊ quedã decremēta. violenta ſunt vt
augmēta q̄ velociter fiūt p alimentū. ſil'r aug-
mentū tritici velociter ē factū violentū. In alte-
ratiōe aūt ē ſil'r. alie aūt ſunt violēte vt ſanari in
diebꝰ creticis. alie ſunt nãles vt ſanari in diebꝰ
nō creticis. Cōſequēter addit vnã obiectio-
nē. qꝛ ſi eſſent gñationes ſm nãz ⁊ ex nãm ⁊ ſi-
mil'r corruptiōes. tūc gñatio nō eſſet corruptō-
ni ꝯria. ſ corruptiōes eſſent adinuicē ꝯrie ⁊ ſil'r
gñationes. Soluit qꝛ nihil pꝛohibꝫ gñationē ꝯri-
ari ⁊ corruptioni. ⁊ ſil'r gñationes ꝯriari inter ſe.
quedã ē. n. gñatio dulcis q̄ ꝯriaꝭ gñationi q̄ eſt
triſtis. ⁊ ſubdit ꝙ ſicut ē oppoſitio inter motū ⁊ q̄-
etem ſic etiã ē oppoſitio inter q̄etes. nã q̄es ter-
re ſurſū oppoiꝭ quieti terre deorſum.

Secundo dubitaꝭ. vtrū quiete
violēte ſit aliq̄ gñatio. Ad ſoluēdū hº dubꝰ eſt
ſupponendū ꝙ Ariſto. in 2ª pte huiꝰ capituli
mouet duas dubitatiōes. Prima vtꝝ cuiuſli-
bet q̄etis q̄ nō ſp ē. i. q̄etis violēte ſit aliq̄ gña-
tio vt q̄etis terre ſurſū ſit aliq̄ gñatio. Soluit
ꝙ nō. pbat duabꝰ rōnibꝰ. Prima. ſi q̄etis ter-
re ſurſū eēt gñatio. tūc terra poſt motū ſurſū
neceſſario q̄eſceret violēte. qđ ē falſū. 2ª rō qꝛ
ſeq̄reꝭ ꝙ aliq̄d ſimul q̄eſceret ⁊ moueret ad ſu-
um locꝰ qđ ē falſū. 2ª dubitatio. vtꝝ q̄es q̄ ē
in aliq̄ loco ꝯriet motui q̄ ē ab illo loco ī locū
ꝯrīū. Et arguiꝭ ꝙ nō. qꝛ ſic ſeq̄reꝭ ꝙ ꝯria eēnt
ſimul. pbat ꝯñam. qꝛ in pricipioº motus mobile
hꝫ adhuc aliq̄d ipius q̄etis. ⁊ etiã hꝫ aliq̄d ipi-
us motꝰ. igiꝭ ſi talis q̄es ⁊ talis motꝰ ꝯrieꝭ
ꝯria eſſent ſimul in eodē. Soluit ꝙ illud dr̄ q̄-
eſcere ſm ꝙ adhuc oīno manet in loco. ſ mo-
ueꝭ ſm qđ hꝫ ptē de termio a q̄ ⁊ ptē de termio
ad quē. iō motꝰ magis ē ꝯrīꝰ motui ꝙ ipa q̄es

Tertio dubitaꝭ. vtrū motꝰ vio-
lētus ꝯrieꝭ quieti. Ad ſoluendū hº dubꝰ ē ſup-
ponendū ꝙ Ariſto. in 3ª pte huiꝰ capituli mo-
uet alias duas dubitatiōes. Prima vtꝝ motꝰ
violētus dicaꝭ ꝯriari q̄eti. videꝭ ꝙ ſic. qꝛ ſi non
tūc ſeq̄reꝭ ꝙ eſſet aliqđ quieſcēs qđ nō q̄eſcere
ꝯtingeret tñ quieſcēt ſine motu. ſ hº ē incōueni-
ēs. Et ſubdit ꝙ ſicut ē aliq̄s motꝰ pter nãm
ita etiã ē quedã quies q̄ ē ſm nãm. 2ª du-
bitatio ē ex q̄ quibuſdã ꝯuenit motꝰ ſm nãz ⁊
etiã pter nãm vt igni ſurſū ſm nãz ꝯuenit mo-
ueri ⁊ deorſū pter nãm ⁊ cōtrario de terra.
Vtꝝ motꝰ ignis ſurſū ꝯrieꝭ motui ignis deor-
ſum vel motui terre deorſū. Soluit ꝙ ꝯriaꝭ a-
bobus ſ nō eodēmō. vt vni. n. ꝯriaꝭ tanꝙ cõ-
tentū. alteri vō ex ꝯñi ſm nãm. ⁊ ſil'r ē inter qui-
etes. ꝯrietas tñ potꝰ aſſumēda ē inter motꝰ ꝙ
inter q̄etes. magis. n. motꝰ ē motui ꝯrīꝰ ꝙ q̄es.

Rōnes ſoluuntur ex dictis. Et
hec de quinto phiſicoꝝ dicta ſufficiant

Rimo queriꝭ
circa ſextū librū phiſi-
coꝝ vtꝝ ꝯtinuū ſit cō-
poſitū ex indiuiſibi-
libus. Et arguiꝭ pri-
mo ꝙ ſic. qꝛ ꝯtinuū
eſt diuiſibile in indiui-
ſibilia. g̃ ē ꝯpoꝰ ex in-
diuiſibilibꝰ. añs pꝫ.
qꝛ ſi nō. ſequerentur
duo incōueniētia. Primū ꝙ aliq̄d eſſet igno-
tū. 2ᵘ ꝙ eſſent aliq̄ duo entia abſoluta realiter
diſtincta q̄ꝝ vnū nihil eſſet alterꝰ ⁊ tñ illa non
poſſent ſepari neꝗ ſeparatī ꝯſeruari. prima ꝯña
pꝫ qꝛ accipiātur oēs ptes ꝯtinui q̄ ſunt cogni-
te deo. vel g̃ oēs ille ptes ſunt diuiſibiles vel in-
diuiſibiles. ſi indiuiſibiles habeꝭ intētū. ſi di-
uiſibiles. tūc pñt diuidi in duas ptes. vel g̃ ille
ptes erunt cognite vel incognite. ſi incognite
habeꝭ intentū. ſi cognite g̃ omēs ptes cognite
nō erãt deo. 2ª ꝯña pꝫ qꝛ accepto aliq̄ ꝯtinuo
quelibꝫ ps eiꝰ realiter diſtinguiꝭ ab alia. ergo
pñt ille ptes ſepari ⁊ ſeparatī ꝯſeruari. ſi ſeparan-
tur vel remanētia erūt diuiſibilia vel indiuiſi-
bilia. ſi indiuiſibilia habeꝭ itentū. ſi diuiſibilia:
g̃ nō oīno realiter diſtincta erãt ſeparata vel ſepa-
tim ꝯſeruata: Arguiꝭ 2º ſi ꝯtinuū nō ꝯpone-
retur ex indiuiſibilibꝰ. ſequereꝭ ꝙ in milleſima
pte milij erūt actualiter tot ptes entitatiue ſicut ī
toto vniuerſo. ⁊ ſic eſſent ita magna entitatiue.
ſicut toꝰ vniuerſū. ꝯña pꝫ. qꝛ q̄dlibet illoꝝ eſt

diuiſibile in ptes in infinitū ⁊ ſp̄ diuiſibiles. Arguit̄ 3° poſſibile eſt corpꝰ ſpericū p ſe moueri ſupra magnitudinē ꝑfecte planā. vel ꝙ ſpericū tāgit planā. ⁊ h° eſt duplr̄. vel ꝙ tāgit in parte indiuiſibili vel in pte diuiſibili. ſi in pte indiuiſibili. ꝙ aliq̄ ps magnitudinis eſt indiuiſibilis. ſi in pte diuiſibili. ꝙ illud corpus ſpericum hēbat aliq̄ ptē planā. ⁊ p ꝯñs nō eſt ſpericum qđ eſt ꝯ̄ ſuppoſitū. In oppoſitū arguit̄ auctoritate phi. In iſta q̄ſtione erūt tres articuli ſicut p̄cedentibus. Quantum ad primū.

**Primo ſciēduꝫ eſt ꝙ p declara**tione terminoꝝ q̄ſtionis ponūtur aliq̄ diſtinctiones ⁊ aliq̄ ſuppōnes. Prima diſtin°. duplex eſt q̄tuꝫ. quoddā eſt q̄tuꝫ mathematicū. ⁊ eſt q̄tuꝫ abſtractū p intellectū ab oī motu ⁊ materia ſenſibili. aliud eſt q̄tuꝫ phiſicū ⁊ eſt q̄tuꝫ cōiunctū motui ⁊ materie ſenſibili hñs formam ſubalem que eſt prinꝰ ſui motus nālis. 2ª diſtinctio. duplices ſunt ptes in cōtinuo. quedaꝫ ſunt eiuſdē q̄titatis ⁊ ſunt ille q̄ aliq̄tiens ſumpte ꝯſumūt toꝰ vt bicubitū quiquies ſumptū ꝯſumit ip̄m q̄tuꝫ quinqꝫ cubitoꝝ. alie ſunt partes eiuſdē ꝓportionis. ⁊ eſt qñ 3ª ps hꝫ eandeꝫ ꝓportionē ad ſcđam ſicut 2ª ad primā. Et h° fit diuidēdo magnitudinē in medietates. ⁊ iteꝝ illas in alias medietates. ⁊ ſic in infinitū. 3ª diſtin°. ꝯtinuū hr̄e ptes eiuſdē rōnis in infinitū pōt intelligi duplr̄. vno° ꝙ in ſe habeat ptes infinitas realiter ⁊ entitatiue diſtictas ex q̄bus cōponātur ptes eiuſdē ꝓportionis. alio° ꝙ habeat ptes finitas h° eſt dictu ꝙ quelibet ps accepta ſit finita poſt tn̄ qualibꝫ ptē acceptā ſit ſp̄ in infinitū alia accipiēda. 2° ponūtur aliq̄ ſuppōnes. Prima indiuiſibile eſt qđ nō hꝫ partes ip̄m entitatiue aut quātitatiue ꝯponētes ſicut vnitas aut pūctus. 2ª finita infinities ſumpta nō pñt facere infinitū. 3ª ſicut impoſſibile eſt infinitū ꝯponi ex finitis ſic etiā impoſſibile eſt finitū ꝯponi ex infinitis. Quarta in aliq̄ eſſe ptes in poª eſt ip̄m hr̄e ptes finitas in infinitū. Ex his ſequit̄ primo ꝙ ptes eiuſdē q̄titatis ſunt finite in q̄libet ꝯtinuo ⁊ etiā infinities ſumpte. 2° ſequit̄ ꝙ in nullo ꝯtinuo ſunt infinite ptes eiuſdē ꝓportionis. q2 vel quelibꝫ illaꝝ eſſꝫ aliquid vel nihil. ſi nihil ꝙ nō ſunt ptes. ſi aliquid ꝙ tale ꝯtinuū eſſet infinitū entitatiue. q2 eſſet ꝯpoſitū ex infinitis entibus. 3° ſequit̄ ꝙ ptes eiuſdē ꝓportionis cuiuſlibet ꝯtinui ſunt finite. ſunt tn̄ finite in infinitū. h° eſt dictu ſunt finite infinities accipiēde. Quarto ſequit̄ ꝙ numerus illarum partium nō eſt infinitus. ſ; eſt finitus in infinitum.

**Secundo ſciēduꝫ eſt ꝙ iſte liber** ſextus phiſicoꝝ Ariſto. in q̄ determinat de diuiſione motus in ptes eius integrales diuidit̄ in tres tractatus. In primo oñdit ꝯtinuū nō eſſe ꝯpoſitū ex indiuiſibilibus ⁊ diuidit̄ in tria caª. In primo ꝓbat quibuſdā rōnibꝰ gñalibꝰ ꝯtinuū nō ꝯponi ex indiuiſibilibꝰ ⁊ diuidit̄ in duas ptes principales. In prima oñdit tres concluſiones. Prima ſi ꝯtinua ſunt quoꝝ vltima ſūt vnū. ⁊ ꝯtigua quoꝝ vltima ſunt ſimul. ⁊ ꝯñter ſe hñtia quoꝝ nihil eſt meꝰ ꝓximi gñis. impoſſibile eſt aliqđ ꝯtinuū eſſe ꝯpoſitū ex indiuiſibilibꝰ. vt lineā ꝯponi ex pūctis. ſi linea ſit ꝯtinua ⁊ punctū indiuiſibile. hāc ꝓbat phus tribꝰ rōnibus. Prima. ex quibuſcūqꝫ ꝯponit̄ ꝯtinuū. vel per modū ꝯtinuatiōis vel p modū ꝯtactus eoꝝ vltima ſunt vnū. ſ; indiuiſibiliū vltima non ſunt vnū. ꝙ nō ꝯponit̄ ex indiuiſibilibꝰ. maiorē relinquit notā ex diffinitione ꝯtinui. minorē ꝓbat. Indiuiſibilia nō hñt vltima. ꝙ indiuiſibiliū vltima nō ſunt vnū. añs ꝓbat q2 vltimū eſt aliud ab eo cuius eſt vltimū. ſ; in indiuiſibilibus nō eſt aliud ⁊ aliud. Scđa rō. indiuiſibilia nō ſunt ꝯtinua nec ꝯtigua nec ꝯñter ſe hñtia. ſ; omne ꝯtinuū eſt ex ꝯtinuis aut ꝯtiguis aut ꝯñter ſe hñtibus. ꝙ nullū ꝯtinuū eſt ꝯpoſitū ex indiuiſibilibus. Prima ps minoris pꝫ p p̄dictam rōnem. ſcđam ptem ꝓbat q2 ſi indiuiſibilia eſſent ꝯtigua. h° eſt tangentia vel ps tāgeret ptem. vel ps toꝰ. vel toꝰ tāgeret toꝰ. nō ſunt dicēda duo prima. indiuiſibile. n. eſt impartibile. i. ſine ptibus. nec 3ꝰ q2 tūc illud nō eſſet ꝯtinuū. probat ꝯñam q2 qñ toꝰ tāgit toꝰ illud nō eſt ꝯtinuū eo ꝙ ꝯtinuū hꝫ aliā ⁊ aliaꝫ ptem ſitu ⁊ loco diſtinctam. Tertiā ptē maioris ꝓbat. q2 ꝯñter ſe hñtia ſunt inter que nō eſt meꝰ ꝓximi gñis. ſ; inter quelibet indiuiſibilia eſt meꝰ ꝓximi generis. ꝙ indiuiſibilia nō ſunt ꝯñter ſe hñtia. q2 inter quelibꝫ pūcta eſt linea. ⁊ inter quodlibet nūc eſt tp̄us. Tertia rō. vnūquodqꝫ ꝯpoſitum ex indiuiſibilibꝰ eſt diuiſibile in indiuiſibilia. ſ; nullū ꝯtinuū eſt diuiſibile in indiuiſibilia. ꝙ nullum ꝯtinuū eſt ꝯpoſitū ex indiuiſibilibꝰ. maiorem ꝓbat. q2 vnūquodqꝫ reſoluit̄ in ea ex q̄bꝰ ꝯponit̄. minorē ꝓbat. q2 ꝯtinuū eſt diuiſibile in ſp̄ diuiſibilia. Scđa ꝯ° inter quecūqꝫ indiuiſibilia eſt meꝰ eiuſdē rōnis. ꝓbat q2 vel inter ea eſt meꝰ eiuſdē gñis vl̄ aliud ⁊ aliud. ſi primū habetur intentū. ſi 2ꝰ vel illud eſt diuiſibile. ⁊ ſic



inter ea erat meꝰ eiuſdē gñis. vel indiuiſibile. ⁊ tūc illud ꝯponit̄ ex indiuiſibilibꝰ ſm aduerſariū. ⁊ p ꝯñs inter ea erat mediū eiuſdē gñis. 3ª ꝯ° ꝯtinuū eſt diuiſibile in ſp̄ diuiſibilia. ꝓbat q2 ſi eſſet diuiſibile in indiuiſibilia tūc indiuiſibile eſſet ꝯtinuū indiuiſibili qđ eſt impoſſibile. In 2ª pte principali vult ꝓbare ꝯtinuum nō eſſe ꝯpoſitū ex indiuiſibilibꝰ ex pte motus ⁊ magnitudinis. Et primo poīt tres ſuppōnes. Prima ſilr̄ ſe hñt magnitudo motꝰ et tp̄us q̄ ad ꝯponi ex indiuiſibilibꝰ. ⁊ q̄ ad diuidi in indiuiſibilia. ꝓbat q2 ſi magnitudo ſupra quā fit motꝰ fit ꝯpoſita ex indiuiſibilibꝰ etiam motꝰ erit ꝯpoſitꝰ ex indiuiſibilibꝰ. vt ſi aliqua magnitudo ſit ꝯpoſita ex tribꝰ indiuiſibilibꝰ q̄ ſunt. a. b. c. ⁊. o. mobile moueat̄ ſupra ip̄aꝫ tūc motꝰ ille etiā erit ꝯpoſitꝰ ex tribꝰ indiuiſibilibꝰ. ſ. e. d. ꝫ. 2ª ſuppō prīte motu neceſſe eſt aliqđ moueri ⁊ ſi aliqđ moueat̄ ſupra ptē magnitudinis q̄ eſt. a. neceſſe eſt aliud eſſe ptē magnitudinis ⁊ motꝰ. 3ª eſt impoſſibile eſt ſimul moueri ⁊ motū eſſe ad illud ad qđ mouet̄. vt impoſſibile eſt ire thebas. ⁊ iteꝝ eſſe thebis. 2° ponit talē ꝯcluſionē. motꝰ nō ꝯponit̄ ex indiuiſibilibꝰ. ꝓbat tali rōne. ſi motꝰ ꝯponeret̄ ex indiuiſibilibꝰ talis motꝰ fieret ſupra magnitudinē ꝯpoſitā ex indiuiſibilibꝰ ſ; h° eſt impoſſibile ꝙ impoſſibile eſt motū ꝯponi ex indiuiſibilibus maior pꝫ p primā ſuppōneꝫ. minorē ꝓbat q2 ſi aliq̄s motꝰ fieret ſupra magnitudinē ꝯpoſitā ex indiuiſibilibꝰ. vel fieret ſupra totā magnitudinē vel ſupra q̄libet ptē magnitudinis. nō ſm q2 cū mobile eſſet in prima pte magnitudinis. ⁊ cū illa ſit indiuiſibilis tūc mobile ſimul moueret̄ ad ip̄am ⁊ motū eſſet ad ip̄am. qđ ē impoſſibile. nec ſupra totaꝫ magnitudineꝫ ſic ꝙ nō moueat̄ ſupra aliq̄ ptem eiꝰ. q2 ſequerent̄ q̄tuor incōueniētia. primū ꝙ motꝰ nō eſſet ꝯpoſitꝰ ex motibꝰ ſ; ex momētis. 2ꝰ ꝙ aliqđ qđ motū eſſet nō eſſet motū. ꝓbat ꝯñam q2 mobile nunq̄ mouebat̄ p primā ptē magnitudinis ⁊ ſic nō erat motū p primā. ⁊ mouebat p totaꝫ magnitudinē. ⁊ ſic erat motū p ip̄am. 3ꝰ q2 ſequeret̄ ꝙ ideꝫ ſimul q̄eſceret ⁊ moueret̄. quia mobile q̄eſcebat p q̄libet ptē in magnitudine igit̄ ⁊ p totā magnitudinē. ⁊ p aduerſariū in tota magnitudine mouet̄. ꝙ ſimul mouet̄ ⁊ quieſcat. Quartū q2 vel ptes motꝰ ſunt motus vel nō ſi ſunt motꝰ. ꝙ ip̄is prīitꝰ mobile mouet̄. ſi nō ſunt motꝰ. igit̄ motꝰ erit ꝯpoſitꝰ ex nō motibus.

**Tertio ſciēduꝫ ꝙ circa hunc tex**tū incidūt tres difficultates. Prima vtꝝ indiuiſibile poſſit eſſe immediatū indiuiſibili. Pro ſolōne huiꝰ difficultat̄ ponit̄ talis diſtin°. duplices ſunt indiuiſibilia. quedā ſunt indiuiſibilia eiuſdē ꝯtinui. alia ſunt diſtinctoꝝ ꝯtinuorū. Ex his ſeq̄r duo primo ꝙ indiuiſibilia eiuſdeꝫ ꝯtinui nō ſunt ſibi inuicē immediata. 2° ꝙ implicat ꝯdictionē duo indiuiſibilia eiuſdē ꝯtinui eē ſibi inuicē immediata toto remanēte ꝯtinuo. pꝫ q2 ꝯtinua ſunt quoꝝ vltīa ſunt vnū. ſ; vltīa duoꝝ illius ꝯtinui nō erūt vnū. ꝙ ptes illiꝰ ꝯtinui non erūt ꝯtinue. 2ª difficultas q̄liter eſt ſaluabile ꝯtinuū diuidi in ſp̄ diuiſibilia cū tn̄ ſit dabile minimū ꝯtinui nālis. Ad q̄ rñdet̄ ꝙ eſt hñ dabile minimū ꝯtinuū nālis ſaluata forma ſubali illiꝰ ꝯtinui ſ; nō ē dabile minimū ꝯtinui nālis ꝯſiderata in eſſe ꝯtinui. 3ª difficultas vtꝝ indiuiſibile additū indiuiſibili poſſit facere maius. Ad q̄ rñdet̄ p diſtinctionē ꝙ indiuiſibile additū indiuiſibili facere maiꝰ pōt intelligi dupliciter. vno° entitatiue ſic ꝙ habeat plures entitates q̄ priꝰ habebat. ⁊ ſic indiuiſibile additū indiuiſibili facit ip̄m maius. Alioꝰ q̄titatiue ſic ꝙ aggregatū ex ip̄is indiuiſibilibꝰ fiat maius q̄titatiue. ⁊ ſic indiuiſibile additū indiuiſibili nō facit aliquid maius.

**Cōcluſio rñſalis. nullum cōtinu**um ꝯponit̄ ex indiuiſibilibꝰ. Hec ꝯcluſio ſatis pꝫ ⁊ ſatis ꝓbata eſt ex tribus rōnibus phi poſitis in prima parte ſcđi notabilis.

**Primo dubitat̄ vtꝝ tēpus com**ponat̄ ex indiuiſibilibꝰ. Ad ſoluendū hᶜ dubiū ē ſupponendū ꝙ Ariſto. in h° 2° ca° ꝓbat ꝯtinuū nō eſſe ꝯpoſitū ex indiuiſibilibꝰ ex pte temporis. ⁊ intēdit talē ꝯcluſionē. Tp̄us nō ꝯponitur ex indiuiſibilibꝰ. ꝓbat phus tribꝰ rōnibus. Prima ſi tp̄us ꝯponeret̄ ex indiuiſibilibꝰ. magnitudo etiā ex indiuiſibilibꝰ ꝯponeret̄. ſ; nulla magnitudo ꝯponit̄ ex indiuiſibilibꝰ. ꝙ ⁊c̄. maiorē ꝓbat q2 magnitudo ⁊ tp̄us ſilr̄ ſe hñt ad ꝯponi ex ip̄is indiuiſibilibꝰ. minorē ꝓbat. primo q2 oīs magnitudo eſt diuiſibilis in magnitudines. 2° q2 nullū ꝯtinuū eſt ꝯpoſitū ex indiuiſibilibꝰ ſ; oīs magnitudo eſt ꝯtinua. ꝙ ⁊c̄. Pro 2ª pte ꝓbat diffinitionē velocioris habētem tres ptes. Prima eſt. neceſſe eſt velociꝰ in eq̄li tp̄e ptrāſire maiꝰ ſpatiū. ꝓbat q2 detur vnuꝫ mobile velociꝰ. ⁊ ſit. a. alteꝝ vo tardiꝰ ⁊ ſit. b. ⁊ ſignet̄ aliqđ ſpatiū ⁊ ſit. d. c. e. in tp̄e. ꝫ. velociꝰ

in minori tpe ptrāſibit illud ſpaciū.vt p ꝯñs i
eq̄li tpe ptrāſibit mai⁹.2ª ps ē mobile velociꝰ
in minori tpe ptrāſibit plus de ſpatio.pbat q2
ponat ꝙ mobile velocius ſit a.ꝛ mobile tardi
us ſit.b.ꝛ.c.ſit mai⁹ tp̄us ꝛ.ȝ.min⁹.ꝛ ſpatiū ſit
.e.c.tūc qñ mobile veloci⁹ puenit ad.e.in tpe
ȝ.mobile tardū adhuc ē in.c.ꝛ p ꝯñs i minori
tpe ptrāſ.bit ſpatiū mai⁹.3ª ps velocius i mio
ri tpe ptrāſibit ſpatiū eq̄le.pbat ſic ponēdo ꝙ
.a.ſit mobile velox ꝛ.b.ſit mobile tardū.ꝛ ſi-
militer arguit ſicut prius.pbat etiā iſtā 3ᵃᵐ ptē rō-
ne.q2 oē qd̄ mouet aut mouet in eq̄li tpe aut
maiori aut mion.ſ ꝙ in maiori tpe min⁹ mo-
uet ē tardius.ꝛ qd̄ i eq̄li tpe mouet eq̄liter eſt
eque velox.ḡ qd̄ in mioi tpe ptrāſit eq̄le ſpatiū
eſt velocius.Ex h° format talē rōnē3.velocius
in eq̄li tpe ptrāſit maius ſpatiū.ꝛ in miori ma-
ius.ꝛ in mioi eq̄le.ꝛ h° nō eſſet ſi magnitudo
ꝛ tp̄s ꝯponerētur ex īdiuiſibilib⁹.Pro 3ª.rōne
ponit aliq̄s ſuppōes.Prima.ōis motus ē in
tpe.2ª.in oī tpe poſſibile eſt aliq̄d moueri 3ª
oē qd̄ mouet pōt tardius ꝛ velocius moueri.
in oī.n.tpe poſſibile eſt velocius ꝛ tardius mo
ueri.Ex h° infert ꝙ tp̄us eſt de gñe ꝯtinuoꝝ.ḡ
eſt indiuiſibile in ſp diuiſibilia.ꝛ p ꝯñs nō cō
ponitur ex indiuiſibilibus.

**Secundo dubitat̄ vtrū3 tēpus**
ꝛ magnitudo ſilr ſe hēant ad eſſe finitū ꝛ īfini-
tū.Ad ſoluendū h° du⁹ ē ſupponendū ꝙ Ari
ſto.in h° 3° ca° ꝯparat motū ad magnitudi-
nē3ꝛ diuidit in duas ptes.In prima intēdit ta
lē ꝯcluſionē.tp̄us ꝛ magnitudo ſe hñt ſilr ad
ꝯponi ꝛ diuidi.pbat pbus duab⁹ rōnib⁹.pri
ma oē mobile pōt eſſe veloci⁹ alteri aut tardi⁹
ſi velocius tūc neceſſe ē ip̄a3 magnitudinē di-
uidi.ꝛ ſilr tp̄us.ꝛ ſi ſit tardi⁹ neceſſe eſt tp̄s di
uidi ſicut ꝛ magnitudo.q2 tp̄us ꝛ magnitudo ſi
milr ſe hñt ad ꝯpōi ꝛ diuidi.añs declarat per
lr̄as.2° declarat ꝙ tp̄us dr̄ eſſe cōtinuū eo ꝙ
magnitudo ē ꝯtinua.ita ꝙ me⁹ tpis correſpō-
det me° magnitudis ꝛ cō.ꝛ mioi pti tpis cor
rñdet minor ps magnitudis.ḡ tp̄us ꝛ magni
tudo ſilr ſe hñt ad cōponi ꝛ diuidi.

**Tertio dubitat̄ vtrū motꝰ mag-**
nitudo ꝛ tp̄us hñt ptes diſtinctas.Ad ſolue-
dum h° du⁹ ē ſupponendū ꝙ Ariſto.in 2ª p
te hui⁹ capituli oñdit q̄mō ſe hñt magnitudo
ꝛ tp̄us penes eē finitū ꝛ infinitū.ꝛ diuidit in
tres ptes.In prima intēdit talē cōcluſionem.
Magnitudo ꝛ tp̄us ſe hñt ſilr penes finitū ꝛ in
finitū.q2 ſi magnitudo ſit īfinita tp̄us erit infi-
nitū.ꝛ ſi tp̄us ſit infinitū magnitudo erit īfini-
ta.ꝛ ſilr ſi magnitudo erit finita tp̄us erit fini-
tū ꝛ cō.  In 2ª pticula abijcit rōnē3 zenonis
dicebat.n.zeno ꝙ nō erat poſſibile aliq̄d moue
ri.alr ꝯtingeret trāſire magnitudinē infinitā i
finito tpe qd̄ eſt īpoſſibile.Dicit pbus ꝙ cōtin-
git aliq̄d eē infinitū.dupl̄r.ſ.diuiſione.ꝛ tale
pōt ptrāſiri.aliud pōt eē infinitū ꝯtenſione ꝛ
tale nō pōt ptrāſiri.  In.3ª.pticula poīt tres
cōcluſiōes.Prima.i tpe īfinito nō eſt īpoſſibi
le trāſire magnitudinē finitā.pbat q2 ſi ſic ſit il-
la magnitudo finita.a.b.tp̄us aūt infinitū.g.
ꝛ accipiat tp̄us finitū qd̄ ſit.d.in illo tpe finito
ptrāſibit aliud ſpatiū ip̄ius magnitudis.ꝛ vo
cet.b.c.ꝛ p illā ptē meſurat tota magnitudo
finita.ita ꝙ huiuſmōi ps pporcionata.aut erit
deficiēs.aut excellēs.ſ q̄cunq3 iſtoꝝ modoꝝ
dicat neceſſe eſt tp̄us.g.d.meſurari p tp̄us.g.
ſicut magnitudo meſurat p vnā ptē eius.ꝛ ſub-
dit vnā cauillationē.q2 aliq̄s diceret ꝙ nō con
tingit q̄libꝫ ptē magnitudis finite ptrāſiri tpe
finito.magis q̄ ꝯtingat magnitudinē ptrāſi-
ri in tpe īfinito.dicit pbus ꝙ illa ps magnitu-
dinis meſurat tpe.ḡ poterit ptrāſiri tpe finito.
2ª ꝯ° nō cōtingit magnitudinē infinitā per
trāſiri in tpe infinito.iſtā cōcluſionē pbat ſic p
dictā.  Pro 3ª cōcluſiōe pbat cōcluſionē pri
cipaliter intentā in iſto tractatu.ſ.ꝙ nullū cōti
nuū cōponat ex īdiuiſibilib⁹.ꝛ primo ponit q̄ſ
dā ſuppōnes.Prima ſuppō.in q̄libet tpe pōt
reperiri velocius ꝛ tardius.2ª q2 in eq̄li tpe velo
cius ptrāſit maius ſpatiū q̄ tardius.Ex h° ar
guit ſic.ſi ꝯtīgeret ꝯtinuū eē ꝯpoſitū ex īdiui-
ſibilib⁹ tūc ſeq̄ret ꝙ diuiſibile eēt indiuiſibile
ꝛ econtra.

**Ad rōnes ante oppoſitum.Ad**
primā dr̄ negādo añs.ꝛ ad pbationē negatur
vtraq3 ꝯña.Et ad pbationē prime dr̄ ꝙ deus
videt q̄l3 ptē cōtinui eē cōpoſitā ex duab⁹
ptibus ꝛ nullā videt indiuiſibilē.nō tñ ſequit
pter h° ꝙ ignoret aliq̄ ptē cōtinui. Ad pba
tionē ſcdē ꝯñe dicitur ꝙ diuiſio cōtinui actua-
lis in oēs ſuas ptes īplicat ꝯdictionē.iō conti
nuū nō pōt diuidi actu in oēs ſuas ptes. Ad
ſcdām dr̄ primo ꝙ nō eſt incōueniēs cōcedere
tot ptes eiuſdē pportionis eē in milleſima p
te milij ſicut in toto vniuerſo.eēt tñ incōueni-
ens d ptib⁹ eiuſdē q̄titatis.pōt 2° dici ꝙ plu
res ſunt ptes in toto vniuerſo q̄ in pte milij



ma milij.i vtroq3 tñ ſunt īnite i infinitū. Ad
3ᵃᵐ dr̄ ꝙ ſi ſpericū pfecte tāgat planū tāget ip̄
ſū3 i pūcto.ꝛ ſi moueat nō mouebit ſup mag
nitudinē pfecte planā niſi ſm pūcta.q2 trāſibit
ip̄am magnitudinē ſic ꝙ in q̄libet inſtāti erit a
liqua ps magnitudinis ptranſita cū illo inſtā-
ti tangit magnitudinem in puncto.

**Queritur ſecundo vtrum i**
plicat ꝯdictionē motū fieri i inſtan
ti.Et arguit primo ꝙ ſic.q2 iplicat
ꝯdictionē aliqd̄ eſſentialr ſucceſſiuū
fieri i inſtāti ſ mot⁹ eſt eſſentialr ꝛ q̄ditatiue ſuc
ceſſiu⁹.ḡ iplicat ꝯdictionē motū fieri i inſtanti
Arguit 2°.ſi mot⁹ fieret i inſtāti ſeq̄ret ꝙ a
liq̄d ſimul moueret ꝛ motū eēt.ꝯñs eſt īpoſſi
bile.ḡ ꝛ añs.p3 ꝯña.q2 vel mobile in eodē in-
ſtāti moueret ꝛ motū eſt.ꝛ ſic hr̄ intentū.vel in
alio mouet.ꝛ motū eſt.ꝛ tūc inter illa eſt me⁹ tē
pus in q̄ mouet.ꝛ ſic mot⁹ nō fieret i inſtāti.ſ
in tpe.  Arguit 3°.q2 ōis mot⁹ fit i tpe.ḡ nul
lus mot⁹ fit i inſtāti.añs p3 p pbm q̄rto ꝛ quī
to phicoꝝ.ꝛ etiā i iſto ſexto.ꝛ ꝯfirmat auctori
tate phi.pbāns multis rōnib⁹.i iſto tractatu ꝙ
nō eſt poſſibile motū fieri i nūc.  In oppoꝰ
arguit.nō iplicat ꝯdictionē mouēs.infinitum
moueri ſm vltimū ſue potentie.ḡ nō implicat
contradictionem.motum fieri in inſtanti.¶ In
queſtione erunt tres articuli.

**Primo ſciēdū3 ē ꝙ de queſtiōe**
ſunt due opiniōes.Prima ē opinio cōis que
ſtat i duob⁹ ſuppōnib⁹.Prima.ſucceſſiuū3 eſt
ens cui repugnat ꝯdictorie hr̄e plures ptes ſil
2ª mot⁹ eſt q̄ditatiue ꝛ eſſentialr ſucceſſiu⁹.Ex
h° ſequit ꝙ ōis mot⁹ meſurat meſura diuiſi-
bili ꝛ ſucceſſiua.ꝛ ſic ſequit ꝙ iplicat ꝯdictio-
nē plures ptes ſil eē.pbāt ſic ꝙ oē ſucceſſiuū
eſt ꝯpoſitū ex affirmationib⁹ ꝛ negationib⁹ ad
iſtū ſenſū3 ꝙ affirmatio tp̄us eē de vna pte i
fert negationē de alia pte.Iſta.n.ꝯña eſt neceſ
ſaria h° ps mot⁹ eſt.ḡ nulla ps mot⁹ eſt alia
ab iſta.ſeq̄tur etiā ꝙ ſi aliq̄s mot⁹ fiat i inſtāti.
etiā p q̄cunq3 potentiā talis mot⁹ nō eſt mot⁹
pprie dict⁹.ſ eſt ſolū mutatio inſtantanea.Pro
defenſiōe tñ alteri⁹ opinioīs ponūtur aliq̄ ſup
pōnes.Prima eſt.tēpus ē duratio ꝛ ꝯtinuitas
ſucceſſiua mot⁹ realr inherēs motui a q̄ forma-
liter mot⁹ dr̄ ꝯtinu⁹ ꝛ ſucceſſiu⁹.2ª talis conti
nuitas ꝛ duratio ſucceſſiua mot⁹ realiter diſti-
guit ab entitate mot⁹.iō abſq3 iplicatiōe ꝯdic-
tionis ē ſepabilis a motu.  3ª ſicut a ſubſtantia pma
nente ſepata q̄titate realr ſibi inherēte ip̄a cōſi-
ſtit i indiuiſibili ſicut ē i diuiſiōe oppoſita extēſio
ni.ſilr a motu ſepato tpe entitas ip̄ius motus
ſtat in īdiuiſibili.  Quarta ſucceſſio ē relatio q̄
dā ptis prioris ad ptē poſteriorē mot⁹ fundata
in tpe meſurāte illā ptē3 mot⁹.ſicut.n.ꝓ oī ta q̄ti-
tate magnis i ſubſtātia magna ꝛ pua in alia
ſubſtātia ſtati ꝯſurget relatio magnitudis ꝛ p
uitatis.ꝛ ſtatī illa ablata auferet relō.ſic etiā po
ſita prima pte tpis i prima pte mot⁹.ꝛ 2ª in ſe
cūda pte ſtati ꝯſurgit relō ptis prioris ad ptem
poſteriorē ita ꝙ ea ablata iter ptes mot⁹ nō eſt
prioritas ꝛ poſterioritas.iō ſil exiſtūt.Ex h° ſe
quit ꝙ nō iplicat ꝯdictionē motū fieri ſine tē
pore.2° ſequit ꝙ nō iplicat ꝯdictionē oēs par
tes mot⁹ ſimul eē.3° ſequit ꝙ nō iplicat ꝯdi
ctionem oēs ptes motus eē in eodē inſtanti.
Et p ꝯñs totum motum fieri in inſtanti.

**Secundo ſciēdū3 ē ꝙ Ariſto.in**
h° 2° tractatu determiat de diuiſiōe mot⁹ ꝛ q̄
etis i ſuas ptes q̄titatiuas.ꝛ diuidit in q̄tuor
ca.  In primo oñdit mobile eē diuiſibile.ꝛ
diuidit i duas ptes.In prima oñdit ꝙ nō ꝯti
git aliqd̄ moueri aut quieſcere i nūc.ꝛ intēdit
ſex ꝯcluſiōes.Prima neceſſe ē ꝙ nūc nō ſm al
terū.ſ primo ꝛ p ſe.h° ē dictu nūc pprie captū
ꝛ nō vulgariter ſit diuiſibile ꝛ i oī tpe.Et pbat
h° q2 i oī tpe ꝯtingit aliq̄d accipe ptiti intra
ꝙ nihil ē futurū.ꝛ ꝯtīgit etiā accipe aliq̄d futurū
intra qd̄ nihil ē ptiti.ꝛ illud ē nūc īdiuiſibile
ḡ in oī tpe neceſſe ē aliqd̄ nūc eē īdiuiſibile.
2ª ꝯ° idē3 nūc ē finis ptiti ꝛ pri⁹ futuri.pro-
bat q2 ſi eēt plura nūc.vel illa eēnt imedia
ta.ꝛ h° nō eo ꝙ ꝯtinuū nō ꝯponit ex īdiuiſibi
lib⁹.vel mediata ꝛ ſic iter ea eēt tp̄us me⁹ qd̄
eſt īpoſſibile pp̄ter duo.primo q2 ip̄m nūc eēt
diuiſibile ſicut ꝛ tp̄us me⁹.2° q2 iter ptiritū3 et
futurū medīaret aliqd̄ tp̄us qd̄ neq3 eēt ptiri
tū neq3 futurū.  3ª ꝯ° nūc ē īdiuiſibile.pbat
phus trib⁹ rōnib⁹.Prima ſi nūc eēt diuiſibi-
le cū ip̄m ſit termin⁹ ptiti ꝛ initiū futuri.ali-
q̄d futuri eēt i ptito.ꝛ aliq̄d ptiti i futuro
2ª rō ſi nūc eēt diuiſibile.tūc tale nō eēt nūc
ſm ſe ſ ſm alteꝝ. 3ª rō q2 tūc aliq̄d ip̄i⁹ nūc eſ
ſet ptitū ꝛ aliq̄d futurū.ꝛ ſic nūc nō eēt to⁹
ſil exñs qd̄ eēt ꝯ rōnē ip̄i⁹ nūc.  Quarta ꝯ° in
ip̄o nūc nō ꝯtingit aliq̄d moueri.pbat q2 ſi po
nat ꝙ in ip̄o moueat mobile tardi⁹ p aliquā
magnitudinē tūc mobile veloci⁹ mouebit ꝑ ea
dē magnitudinē in minori meſura q̄ ſit nūc

⁊ ſi nūc eſſet diuiſibile. qḋ eſt falſuꝫ. Quinta ꝯ°. in nūc nō ꝯtingit aliq̄d quieſcere. ꝓbat pl̄ib9 rōnib9. Prima in nūc nō ꝯtingit aliq̄d moueri. ergo nec quieſcere. tꝫ ꝯña. qꝛ illud dr̄ quieſcere qḋ nō mouet̄. ſꝫ aptū natū eſt moueri. 2ª ſi aliq̄d poſſet quieſcere in nūc ſequeret̄ ꝙ ideꝫ ſimul moueret ⁊ quieſceret. ptꝫ ꝯña. qꝛ ponat̄ ꝙ aliqḋ mobile moueat̄ ꝑ to9 tp̄us p̄teritū et quieſcat ꝑ to9 tp̄us futurū. tūc cū ſit ideꝫ nunc qḋ eſt finis p̄teriti ⁊ initiū futuri i illo nūc mobile ſil̄r mouebit̄ ⁊ q̄ſceret cū nō magis debeat q̄ſcere q̄ȝ moueri. 3ª rō. illud dr̄ quieſcere qḋ ſimil̄r ſe hꝫ nūc ⁊ pri9 ſm̄ ſe to9 ⁊ ſm̄ ſuas ptes. ſꝫ nūc nō eſt pri9 neqꝫ poſteri9. ergo in nūc nō ꝯtingit aliq̄d moueri neqꝫ quieſcere. quicq̄d. n. mouet̄ aut quieſcit. mouet̄ aut quieſcit in tp̄e. In 2ª ſcḋa pte intēdit talē ꝯcluſionē. oē qḋ mutatur eſt diuiſibile. ꝓbat qꝛ oē qḋ mutat̄ eſt ptim in termino a q̄ ⁊ ptim in termino ad quē. ergo oē qḋ mutat̄ eſt diuiſibile. añs ꝓbat. qꝛ oīs mutatio eſt ex q̄dam. i. a termio a q̄. in q̄ddaꝫ. i. in termino ad quē. ⁊ quādoqꝫ eſt totaliter in termino ad quē. ⁊ ſubdit pl̄s ꝙ h° eſt intelligēdum de terminis ꝓprijs.

## Tertio ſciēduꝫ eſt ꝙ circa hunc

textū incidūt tres difficultates. Prima vtrū in nūc ꝯtingit aliq̄d moueri aut quieſcere. Ad q̄ rn̄det̄ ꝙ ſicut tp̄us eſt nālr̄ mēſura mot9 ſic etiā inſtās eſt mēſura mutati eē. iō mot9 ⁊ q̄es nō pn̄t nālr̄ fieri in inſtāti. 2ª difficultas vtꝝ oē qḋ mutat̄ ſit ptiꝫ in termio a q̄ ⁊ ptim in termio ad quē. Ad ſoluendū h° dubiū ponūtur aliq̄ ſuppōnes ⁊ vna diſtin°. Prima ſuppō. oīs mot9 ꝓprie dict9 eſt a ꝯrio in ꝯriuꝫ. 2ª in oī motu ꝓprie dicto ꝯcurrūt due mutationes reales realiter diſtincte. vna eſt abiectiua ꝑ quā abijcit̄ forma q̄ eſt termin9 a q̄ motus. alia eſt acq̄ſitiua ꝑ quā acquirit̄ forma q̄ eſt terminus ad quē. Diſtin° eſt hec. cuiuſlibꝫ mot9 ſunt duplices termini. quidā ſunt termini extrinſeci ⁊ ſunt due forme ꝯrie. alij ſunt termini intrinſeci. vñ in motu abiectiuo. prima ps forme abiciende eſt termin9 ad quē intrinſec9. ſꝫ vltia ps forme abiciēde eſt termin9 a q̄ intriſec9. Sꝫ in motu acquiſitiuo. prima ps forme acq̄rende eſt termin9 a q̄ intrinſec9. ⁊ vltima ps forme acquirēde eſt termin9 ad quē intrinſec9. Termini tn̄ intriſeci ſunt duplices. quidā ſunt primi ⁊ immediati ⁊ ſic ſunt due ptes gradua les forme ſe inuicē immediate ꝯtīues. alij ſunt diſtantes ⁊ remoti ⁊ ſunt vltima ⁊ prima ps forme. Ex h° dr̄ primo ꝙ oē qḋ mutat̄ ptiꝫ eſt in termio a q̄ ⁊ ptiꝫ in termio ad quē intelligēdo de termis intrīſecis ⁊ ꝓximis. 3ª difficultas vtꝝ ſit neceſſe ptē mobilis hr̄e terminū a q̄ ⁊ aliā ptē mobilis hr̄e terminū ad quē. vel vtꝝ ſit intelligendū ꝙ mobile ſm̄ ſe to9 hꝫ vnā ptē termini a q̄. ⁊ ſm̄ ſe to9 hēat vnā ptē termini ad q̄. Ad q̄ rn̄detur ꝑ vnā diſtinctionē. duplex ē mot9. quidā eſt mot9 ad vbi. ali9 eſt ad formā abſolutā. Ex h° dr̄ duo. primū ꝙ in motu locali mobile eſt ptꝫ in termio a q̄ ⁊ ptꝫ in termino ad quē. intelligēdo de ptib9 mobilis ita ꝙ vna ps mobilis ē ſub vno vbi. ⁊ alia ſub alio vbi. ſꝫ in motu ad formā mobile eſt ptꝫ in termino a q̄. ⁊ ptꝫ in termino ad quē intelligēdo de ptib9 ip̄ius forme. ita ꝙ mobile ſm̄ ſe totū hꝫ vnā ptē forme q̄ eſt termin9 a q̄ ⁊ ſm̄ ſe to9 hꝫ vnam ptēꝫ forme que eſt terminus ad queꝫ Et hec de primo articulo.

## Cōcluſio nō implicat ꝯdictionē

motū fieri in inſtāti. pꝫ qꝛ nō implicat ꝯdictionē vacuū eē ⁊ grauia in eo moueri. ſꝫ ſi moueret̄ in eo moueret̄ in inſtāti. ergo cōcluſio vera.

## Primo dubitat̄ vtrum iſta quīq̄. ſ. mobile. motus. tp̄us. moueri. ⁊ id ad qḋ

mouet̄ ſil̄r ſe hēant ad diuiſionē. Ad ſoluēdū h° du9 eſt ſupponendū ꝙ Ariſto. in h° 2° ca° oñdit q̄liter diuidat̄ motus. ⁊ intēdit q̄tuor cōcluſiones. Prima. mot9 eſt dupl̄r diuiſibilis. vno° tp̄e. i. ad diuiſionē tp̄is. alio° ſm̄ diuiſionē illi9 qḋ mouet̄. i. ad diuiſionē mobilis. 2ª mot9 diuidit̄ ſm̄ ptes mobilis. ꝓbat pl̄ib9 tribus rōnib9. Prima ſi aliq̄d totaliter moueat̄ etiā mouebit̄ q̄libꝫ ps ip̄ius toti9 ⁊ mot9 vni9 ptis nō eſt mot9 alteri9. igit̄ motus diuidit̄ ad diuiſionē mobilis. 2ª rō. oīs forma q̄ nō ē tota in vna pte ſubi. eſt tn̄ in q̄libꝫ forma illa diuidit̄ ad diuiſionē ſubi. i. mobilis. ſꝫ tot9 motus nō eſt in q̄libet pte mobilis tn̄ in q̄libꝫ parte mobilis eſt formal̄r mot9. ergo mot9 diuidit̄ ad diuiſionē mobilis formal̄r. minorē ꝓbat. qꝛ diuiſio mobili neutra ps mobilis mouetur ſm̄ to9 motū. 3ª oīs forma q̄ ſic adeq̄tur ſuo ſubo ꝙ nō excedit ip̄m nec exceditur ab ip̄o illa diuidit̄ ad diuiſionē ſubi. ſꝫ motus nō excedit mobile nec exceditur ab eo. ergo motus diuidit̄ ad diuiſionē mobilis. minorē ꝓbat. qꝛ ſi mot9 excederet̄ a mobili tūc aliq̄ ps mobilis eēt ſine motu. ⁊ ſi mot9 excederet mobile eēt aliq̄ ps mot9 ſine ſubo. 3ª ꝯ°. mot9 diuidit̄ ad diuiſionem tp̄is. ꝓbat ponēdo duas ſuppōnes. Prima oīs mot9 fit in tp̄e. 2ª oē tp̄s eſt diuiſibile. Ex his ſic ꝓbat ꝯcluſionē. qꝛ in minori tp̄e fit minor mot9. ⁊ i maiori fit maior motus ergo neceſſe eſt diuidi motū ſm̄ diuiſionē tp̄is. Quarta ꝯ°. mot9 ⁊ moueri ſil̄r diuidūtur. probat ſic. qꝛ ſi in aliq̄ toto tp̄e fiat tot9 mot9 in illo tp̄e fiet to9 moueri. ⁊ in me° tp̄e me9 moueri ⁊ medi9 mot9. ergo mot9 ⁊ moueri ſil̄r diuidūtur. ⁊ ſubdit ꝙ mot9 ſil̄r ſe hꝫ ꝑ modū habit9. ⁊ moueri ꝑ modū receptionis. ⁊ ſil̄r eſt de motu ⁊ termio ad quē qui eſt q̄litas q̄titas ⁊ vbi.



## Secundo dubitatur vtꝝ in omni motu

oporteat illud in q̄ aliq̄d primo mutatū eſt eē indiuiſibile. Ad ſoluendū h° du9 eſt ſupponendū ꝙ Ariſto. in h° 3° ca° oñdit q̄liter eſt accipe primū immotū. ⁊ diuidit̄ in duas ptes. In prima intēdit duas ꝯcluſiões. prima neceſſe eſt oē qḋ mutat̄ qñ mutatū eſt eē in termino ad quē. ꝓbat pl̄ib9 duab9 rōnibus Prima. oē qḋ mutat̄ qñ deficit a termio a q̄ ē in termio ad quē. ſꝫ oē qḋ mutat̄ qñ mutatū ē deficit a termio a q̄. ergo eſt in termio ad quē. maiorem ꝓbat. qꝛ ideꝫ eſt mutari ⁊ deficere ⁊ mutatū eē ⁊ defeciſſe ⁊ ad mutari ſequit̄ deficere ⁊ ad mutatū eē ſequit̄ defeciſſe. 2ª rō. in mutationib9 ſm̄ ꝯdictionē qñ mobile mutatū eſt eſt in termio ad quē. ergo ⁊ in alijs. añs ꝓbat in vna ſpē mutationū. qꝛ qñ aliq̄d eſt mutatū ad eē deficit a nō eē. ergo eſt in eē. tꝫ ꝯña. oē. n. neceſſe eſt eē aut nō eē. 3ª rō. oē qḋ mutatū eſt vel ē in termio a q̄ vel in termio ad quē. vel in me°. nō in termio a q̄. qꝛ mutatū eē eſt defeciſſe a termio a q̄. nec in me°. qꝛ in me° mutat̄ ergo in me°. nō eſt mutatū. tꝫ ꝯña. qꝛ impoſſibile eſt ſimul ideꝫ mutari ⁊ mutatuꝫ eē. relinquit̄ ergo ꝙ eſt in termio ad quē. Ex h° infert ꝙ illud qḋ factū eſt qñ factū eſt. ē ⁊ illud. qḋ corruptuꝫ eſt qñ corruptū eſt nō eſt. Et h° eſt v̄r vt: i oī mutatione. h° tn̄ eſt magis manifeſtū in mutatione ſm̄ ꝯdictionē. 2ª ꝯ° illud in q̄ aliquid primo mutatū ē. ē indiuiſibile. ꝓbat qꝛ ſi ſit diuiſibile diuidat̄ in duas ptes. vel ergo in vtraqꝫ parte mutatū eſt. ⁊ ſic nō eſt primo mutatū in toto vel primo mutatū eſt i vna pte. ⁊ n ūc mutatur in alia. ⁊ ſic nō eſt primo mutatū in toto. vel in neutra mutatū eſt. ⁊ ſic nec in pte nec in toto ⁊ dicit ꝙ illud primū ꝯuenit alicui qꝛ ſm̄ ſe et nō ſm̄ alteꝝ ſibi ꝯuenit. Ex h° infert ꝙ oē corruptū ⁊ factū eſt corruptū ⁊ factū in athomo. id eſt i indiuiſibili.

## Tertio dubitat̄ vtꝝ in oī motu

ſit dabile primū mutatū eē. Ad ſoluendū h° du9 ē ſupponēdū ꝙ Ariſto. in 2ª pte hui9 capituli intēdit duas ꝯcluſiões. Prima illud i q̄ aliq̄d mutatū ē eſt duplex. q̄ddā ē pfectū ⁊ cōpletiū vt in fine mot9. aliud ē impfectū ſic ſunt illa mutata eē q̄ ſunt in termio a q̄ ⁊ in termino ad quē. 2ª ꝯ° nō ē dabile primū mutatū eē impfectū. ꝓbat pl̄ib9 q̄tuor rōnibus. Prima ſumit̄ ex pte ip̄ius mutati eē. ⁊ eſt hec ſi eēt dabile pri9 in q̄ aliq̄d mutatū eſt vel illud eēt diuiſibile vel īdiuiſibile. nō īdiuiſibile ꝓpter duo. primo qꝛ eēt mēſuratū i inſtāti cū ſibi rn̄deret tp̄us īdiuiſibile. 2° qꝛ ideꝫ ſil̄r moueret̄ ⁊ q̄ſceret. pꝫ ꝯña. qꝛ ſi poſt inſtās in quo mobile erat in termio a q̄ det̄ īdiuiſibile tp̄us i q̄ mutatū ē ⁊ mutatū eē eſt finis ip̄ius mutari tūc in illo īdiuiſibili mouebit̄ mobile. qꝛ nō mouebat̄ in termio a q̄. ⁊ qꝛ in illo īdiuiſibili mutatū eſt nō mouet̄ ⁊ ſic mouebit̄ ⁊ q̄ſcet. nec ē diuiſibile qꝛ tūc diuideret̄ in ptē priorē ⁊ poſteriorē. ⁊ prius mutatū eēt in pte priori q̄ȝ in pte poſteriori. ⁊ ſic nō eēt primo mutatū in toto. ſꝫ ꝑ alteꝝ. 2ª rō. ſumit̄ ex pte mobilis. ⁊ ē h° nō eſt dabilis prima ps mobilis q̄ primo mutata eſt. ergo nō eſt primū mutatū eē. añs pꝫ. q̄a prima ps mobilis mutata eſt in aliq̄ tp̄e. ergo in medietate illi9 tp̄is me° ps illi9 ptis mobilis mutata eſt. ⁊ qꝛ tp̄us eſt i infinitū diuiſibile cū nō ſit dabilis prima ps tp̄is nec erit dabilis. prima ps mobilis q̄ mutata eſt. 3ª rō. ſumitur ex pte tp̄is. Et primo ſupponit ꝙ tp̄us ⁊ mot9 ſunt ꝑ ſe diuiſibilia. 2° ꝙ illud in q̄ eſt mot9. i. termin9 ad quē eſt diuiſibile ſolum ꝑ accñs tūc formal ſic rōnem. ſi det̄ magnitudo in q̄ aliq̄d primo mutatū eſt. vel illa erit diuiſibilis vel indiuiſibilis. nō indiuiſibilis. qꝛ ſic indiuiſibilia eēnt imediata. nec diuiſibilis qꝛ ſic prius mutatū eſt in vna pte q̄ȝ in alia. ⁊ ſic nō erat prius mutata in toto. Quarta rō. magnitudo ⁊ ſimiliter alia ſunt diuiſibilia in infinitum ergo nō eſt in eis dabile primum.

## Ad rōnes ante oppoſitum. Ad

primā dr̄ diſtinguēdo maiorē ꝙ aliq̄d eē ſucceſſiuū dupl̄r. vno° eſſentialiter ⁊ q̄ditatiue. et tale repugnat ꝯdicte ꝛe oēs ſuas ptes hr̄e ſil̄ aliud eſt ſucceſſiuū denoiatiue ⁊ tali nō repugnat hr̄e ſuas ptes ſimul ⁊ hmōi eſt mot9. Ad ſcḋam pōt primo dici ꝙ in aliq̄ inſtāti mouet̄ ⁊ in toto tp̄e p̄cedēti erat in termio a q̄ ⁊ i toto

tpe ſequēti erat in termio ad quē ⁊ in illo ē mū
tatū. 2° pōt dici ꝙ ꝯñs nō eſt incōueniens ī
ſimutationib⁹ inſtātaneis. Ad 3ᵘᵐ dr̄ primo
ꝙ oēs auctoritates phi intelliguntur loquēdo
de facto aut de poſſibili nature ⁊ nō de poſſibi
li ſimplr̄. 2° dr̄ ꝙ rōnes Ariſto. bn̄ pbāt. q2 im
poſſibile ſit motū diuiſibilē ⁊ ſucceſſiuū fieri in
inſtāti. Et hec de queſtione dicta ſufficiant.

**Ueritur tertio· vtrū an̄ om**
ne mutari ſit mutatū eſſe. ⁊ an̄ ꝑme
mutatū eſſe ſit mutari. Et arguitur
primo ꝙ nō. q2 eſt dabile primuꝫ
mutari ⁊ primo mutatū eſſe. ġ ⁊c. añs pꝫ· q2 cu
iuſ libet finiti ē dabilis prima ps ⁊ vltia. ſ pri
ma ps mot⁹ eſt mutari. ⁊ prim⁹ termin⁹ mot⁹
eſt mutatū eſſe. ġ ē dabile primū mutari ⁊ mu
tatū eſſe. Argr̄ 2° nihil pōt eſſe mutatum
qui pri⁹ mutet. ġ an̄ oē mutari nō eſt mutatū
eſſe. tꝫ ꝯñā. q2 nunꝙ termin⁹ finies aliquē mo
tū p̄cedit illū motū. Et ꝯfirmar̄. q2 ſi an̄ omne
mutari ſit mutatū eſſe. vel illud mutatū eſſe.
ſequit̄ aliqͦ mutari. ⁊ p ꝯñs nō p̄cedit oē mu
tari. vel nō ſequit̄ aliqͦmo mutari. ġ aliqd mu
tatū eſt qͦ nunꝙ mutat̄. 3° arguit̄ ſic ante
mutari ē mutatū eſſe ⁊ an̄ oē mutatū eē eſt mu
tari. ġ an̄ oē mutari ē mutari. ⁊ an̄ oē mutatū
eſſe ē mutatū eſſe. In oppoſi⁹ ē auctas phi.

**Primo ſciēduꝫ ē ꝙ p declarati**
one terminoꝝ qſtionis ponūtur aliq̄ diſtinctio
nes. Prima mutari pōt capi duplr̄. vno° vt
diſtinguit̄ ꝯ moueri eo qͦ fit i inſtāti ⁊ moueri
fit in tpe. Alio° pōt capi vt idē eſt qͦ moueri
⁊ ſic capit̄ hic. 2ᵃ diſtin° moueri accipit̄ du
plr̄. vno° p denoiato. ⁊ ſic moueri nō eſt aliud
ꝙ ſubm qͦ mouet̄. illud. n. qͦ denoīatur mo
ueri ineſt ſubm; mot⁹. alio° capit̄ p ſignificato
⁊ ſic mouere nō eſt aliud ꝙ entitas vel qditas
mot⁹ ꝯcretiue ⁊ vbaliter deſignata. Ex hͦ ſeqͥ
tur ꝙ iſta tria mot⁹ motū ⁊ moueri p̄cife idem
ſignificāt. diuerſimode tn̄ q2 mot⁹ ſignificat q̄
ditatē vel formā fluentē abſtractiue deſignatā
ſ motū ſignificat illā eandē qditatē ꝯcretiue et
noialiter. ſ moueri ſignificat illā eandē ꝯcretiue
⁊ vbaliter. 3ᵃ diſtin° mutatū eē pōt capi du
plr̄. vno° p ſignificato. ⁊ ſic mutatū eſſe nō eſt
aliud ꝙ vna entitas indiuiſibilis realr̄ ꝯtinu
ans ptes mot⁹ ad inuicē ⁊ realr̄ diſtincta ab ip
ſis. alio° capit̄ p denoiato. ⁊ ſic mutatū eſſe nō
eſt aliud ꝙ ſubm qͦ mutatū eſt. illud. n. qͦ d
noiatur mutatū eſſe eſt ſubm qͦ mutatum eſt

In titulo aūt qſtionis capitur mutari ⁊ mu
tatū eē p ſignificato. Quarta diſtin° iſta ꝓpo
ſitio an̄ oē mutari eſt mutatū eē hꝫ duplicē ſen
ſuꝫ. vn⁹ ē logicalis. ⁊ ē iſte qͦcunqꝫ tps in q̄ eſt
veꝝ dicere qͦ aliqd mutat̄ p̄ceſſit aliqͦ inſtās
in q̄ erat veꝝ dicere. hͦ mutatū ē. ⁊ ſic ē va. va
let. n. tm̄ hͦ tps in q̄ veꝝ ē dicere aliqd mutat̄
p̄ceſſit aliqͦ inſtās in q̄ eſt veꝝ dicere hͦ muta
tū ē. ⁊ nō eſt dabile aliqͦ tps in q̄ ſit veꝝ dicere
ꝙ aliqd mutat̄. qn̄ illud p̄ceſſerit aliqͦ īſtās
in q̄ fuit veꝝ dicere hͦ mutatū ē. Ali⁹ ſenſus eſt
realis ⁊ phiſic⁹ ⁊ ē iſte. ꝙcunqꝫ entitatē q̄ ē mu
tari p̄ceſſit aliq̄ entitas q̄ eſt mutatū eſſe. ⁊ ſic ē
va. valet. n. tm̄ hāc entitatē q̄ eſt mutari p̄ceſſit
aliq̄ entitas q̄ eſt mutatū eſſe. ⁊ nō ē dabilis a
liq̄ entitas q̄ ſit mutari ꝙ nō p̄ceſſerit aliq̄ enti
tas q̄ ſit mutatū eſſe. Quīta diſtin° aliqd p
eſſe primū duplr̄. vno° aliqd ē primū ſm ſe. ⁊
eſt illud qͦ nec an̄ ſe nec an̄ aliqd ſui hꝫ aliqd
pri⁹. aliud eſt primū ſm altꝫ. ⁊ ē illud qͦ hꝫ
aliqd an̄ qͦ eſt ipo pri⁹ ⁊ an̄ qͦ nihil eſt prius
Prima ſuppo. qlibꝫ ps mot⁹ eſt mot⁹. 2ᵃ
qlibet mot⁹ ꝯponit̄ ex duab⁹ ptib⁹ qꝝ qlibꝫ ē
mot⁹. 3ᵃ in qlibet pte mot⁹ ſunt īfinite ptes
qꝝ qlibet eſt mot⁹. Ex hͦ ſeqͥtur ꝙ an̄ quelibꝫ
motū eſt mot⁹. 2° ꝙ nō eſt dabilis prima ps
mot⁹. 3° ꝙ in qlibet motu ſunt īfinita mutata
eſſe. Quarto ꝙ nō ē dabile primū mutatū eſſe
Quito ꝙ an̄ qͦlibꝫ mutatū eſſe ē aliqͦ mutatū
tū eſſe. ⁊ eedē qſtiōes poſſunt formari de poſt
ſic de an̄. ⁊ eodēmͦ ſoluūtur. ⁊ ſi ſucceſſiuis nō
ē dabile primū inſtās ſui eſſe nec vltimū īſtās
ſui eſſe.

**Secundo ſciēduꝫ ē ꝙ Ariſto· in**
iſto q̄rto ca° determiat de ordie coꝝ q̄ repericā
tur i motū. ⁊ ꝯtinet q̄ttuoꝛ ꝯcluſiōes. Prima a
liqd dr̄ duplr̄ mutari. vno° ſm altꝫ vt aliqd
mutat̄ i anno q2 i die. Alio° aliqd mutat̄ i ali
q̄ tpe p ſe primo. ⁊ neceſſe ē illud mutari i qli
bet pte illi⁹ tpis. hͦ pbat phus duplr̄. primo
p diffinitionē ei⁹ qͦ ē primo. illͦ. n. dr̄ primo
ꝯuenire alicui qͦ ꝯuenit alicui ſm q̄ſlibꝫ ei⁹ ptes.
2° pbat rōne. q2 ſi aliqd mouet̄ primo in tpe
diuiſibili diuidat̄ illud tps i duas ptes. vl̄ ġ i
vtraqꝫ parū mutat̄. ⁊ ſic hr̄ itentū vel in neutra
mouet̄ ſ q̄eſcit. ⁊ ſic nō mouet̄ i toto tpe. vl̄ i al
tera mouet̄ ⁊ i altera q̄eſcit. ⁊ ſic nō primo mo
uebat̄ i toto tpe ſ i pte illi⁹ tpis. 2ᵃ ꝯ°. an̄ oē
mutari eſt mutatū eſſe. pbat phs trib⁹ rōnib⁹
Prima capiat̄ aliqͦ mobile qͦ moueat̄ ſupra



aliq̄ꝫ magnitudinē illud p prius trāſit primaꝫ
ptem magnitudinis ꝙ totā magnitudinē. igi
tur mutari qͦ fit ſupra ptē poſteriorē p̄ſuppo
nit mutari qͦ fit in pte priori. Et iteꝝ illa pri
ma ps eſt diuiſibilis in ptē priorē ⁊ poſterioreꝫ
⁊ mutari in poſteriorē p̄ſupponit mutatū eſſe
in pte priori. ⁊ ſic in infinitū. ġ an̄ qͦlibꝫ muta
ri eſt mutatū eſſe 2ᵃ rō ſumit̄ ex pte tpis. q̄a
ſi aliqͦ mobile moueat̄ in aliq̄ tpe diuidat̄ il
lud tps in duas ptes. inter illas duas ptes ē
nūc in q̄ mobile mutatū eſt. ⁊ illud p̄cedit ptē
poſteriorē tpis in q̄ mobile mutat̄. ⁊ ſic muta
tū p̄cedit mutari. ⁊ iteꝝ prima ps tpis ē diuiſi
bilis in duas ptes. ⁊ ſic i infinitū. 3ᵃ rō in q̄
libet mutari ſunt īfinita mutata eſſe q̄ ſunt ter
mini ipi⁹ mutari. igit̄ an̄ oē mutari ē mutatuꝫ
eſſe. 3ᵃ ꝯ° an̄ oē mutatū eſſe eſt mutari. pro
bat eā phus trib⁹ rōnib⁹. Prima rō ſi aliqd
mutat̄ in aliq̄ tpe diuiſibili diuidat̄ illud tps i
duas ptes inter illas mediat nūc in q̄ mobile
mutatū eſt. ⁊ illud p̄cedit prima ps tpis in q̄
mobile mutat̄. ⁊ ſic i infinitū. 2° format 2ᵃ
rōnē ex pte magnitudinis q̄ pōt eodē mͦ for
mari ſ c p̄cedēs. 3ᵃ rō in mutationib⁹ q̄ ſunt
ſm ꝯdictionē an̄ oē mutatū eſt mutari ⁊ econ
tra. igit̄ ⁊ in alijs mutationib⁹. Ultimo cōdu
dit q̄ttuoꝛ ꝯcluſiōes. Prima an̄ oē mutari eſt
